C'est d'abord son caractère nettement romain : six lectures pour le *Natale papae*, et, chose inouïe, celui-ci précédé d'un jeûne. D'ailleurs, aucune fête étrangère à l'ordonnance romaine primitive.

Au contraire, absence des fêtes et offices introduits au cours du VIIe siècle : l'octave de Noël, les quatre fêtes de la Vierge, celle de la Croix ; omission, pareillement, des jeudis de Carême et autres jours anciennement aliturgiques. Pas un mot encore, aux samedis des Quatre-Temps, de la leçon gallicane « Daniel cum benedictione » ; d'un usage général et fort ancien partout ailleurs, peut-être ne fut-elle à Rome, à la messe du moins, qu'adventice.

Autre marque d'ancienneté : la survivance de la leçon prophétique — supprimée, en principe, bien avant S. Grégoire — à certaines messes particulièrement traditionnelles (Noël, Jean l'Évangéliste, semaine sainte, SS. Philippe et Jacques, Xyste, Laurent, André). Puis, le caractère primitif du Propre et du Commun des saints : au lieu de suivre strictement l'ordre du Calendrier, on groupe de préférence les saints de même ordre, quitte à mettre SS. Jean et Paul avant S. Jean-Baptiste, Philippe et Jacques après Pierre et Paul, et Ste Sabine tout à la fin du cycle, comme repré-

Digitized by Google

sentant le commun des saintes femmes. Beaucoup de saints paraissent omis, pour lesquels sans doute on utilisait les leçons de rechange assignées à l'occasion des fêtes de personnages plus connus appartenant à la même catégorie.

Que dire de la simplicité unique qui caractérise l'ordonnance des lectures destinées aux dimanches ordinaires de l'année ? Dans tous les autres documents, nous avons, soit plusieurs séries de dimanches après la Pentecôte, après les SS. Apôtres, après S. Laurent, S. Michel (ou S. Cyprien), soit une succession ininterrompue de dimanches après la Pentecôte ; et chaque dimanche a ses lectures déterminées, comme il a ses chants, ses formules de prières. Ici, rien de semblable : simplement une quarantaine de péricopes tirées de l'Apôtre, et se suivant dans l'ordre même des Épîtres, depuis celle aux Romains jusqu'à celle aux Hébreux. Disposition analogue pour les semaines qui suivent la fête de Pâques : contrairement à ce qu'on voit partout ailleurs, pas moins de dix dimanches après Pâques, avec leçons toutes empruntées aux Épîtres catholiques.

Outre ces omissions significatives et cette ordonnance jusqu'ici sans exemple, il faut signaler la présence d'une solennité tout à fait propre à notre *Comes :* un « natale sanctorum », sorte de fête de tous les saints, au dimanche qui suit la Pentecôte, jour auquel actuellement encore les Grecs orthodoxes célèbrent leur ΑΓΙΩΝ ΠΑΝΤΩΝ. Et l'épître assignée à ce *natale* est précisément la même qui se lit maintenant au jour de la Toussaint. Faut-il voir là quelqu'un de ces emprunts faits par Rome, vers le VIe/VIIe siècle, à l'usage byzantin ?

Quant à la physionomie générale de notre document, elle est telle, qu'à s'en tenir aux indices purement intrinsèques, on pourrait, sans trop de présomption, y reconnaître un témoin de la liturgie romaine comme elle devait être au déclin du VIe siècle, à l'époque où S. Grégoire porta vers elle son génie organisateur. Aucun des traits qui semblent avoir caractérisé sa réforme n'y paraît encore, et une seule particularité lui est sûrement postérieure : la mention d'une station *ad sancta Maria martyra* le vendredi de Pâques. Mais j'ai déjà fait observer que le mot *martyra* ne figure pas dans la table en tête du codex, et qu'il peut avoir été introduit indûment après coup dans le texte du Lectionnaire [1]. Et quand bien même l'original représenté par la première portion du

1. L. Duchesne remarque avec raison, à propos de la liturgie du Carême, que les stations marquées dans le sacramentaire d'Hadrien peuvent avoir été « attribuées dans le principe à d'autres églises. » (*Origines du culte chrétien*, 4e édit., p. 250).

Digitized by Google

manuscrit de Würzburg ne remonterait qu'au pontificat de Boniface IV (608-615), il constituerait encore un des principaux monuments de l'antique liturgie romaine, peu après l'époque attestée par le sacramentaire léonien. C'est sûrement d'après un formulaire de ce type qu'Alcuin a rédigé son fameux *Comes emendatus*.

D. G. MORIN.

Digitized by Google

MARTYROLOGIUM PHARPHENSE EX APOGRAPHO CARDINALIS FORTUNATI TAMBURINI O. S. B. CODICIS SAECULI XI

(Suite.)

kal. junias.

O. Apud Caesaream Palestinae Natalis sancti Pamphili presbyteri, admirandae sanctitatis viri, qui sub persecutionem martyrio coronatus est. Apud Urbem Romam Dedicatio Ecclesiae Sancti Nicomedis presbyteri et martyris, cujus martyrium celebratur XVIII kal. octobris. Et sancti Stephani cum sociis eius. IIII C[s] [1].

---

1. Solemnior IV Cantorum ritus, festus dies in breviario A rubrici ductu distinctus, Corpora Sanctorum Martyrum in Basilica pharphensi adhuc saeculo XVI recondita, memoria denique sancti Stephani in Reliquiarum indiculo (*Delle Reliquie della testa di santo Stefano Confessore e di san Leone martire* », omnia innuunt hodiernam celebritatem inter primarias totius anni Pharphae olim recensitam.

Bollandiani auctores, qui in notitiam Passionis Sancti Stephani et Sociorum venere ms. apographo Constantini Gaietani ex codice « antiquissimo », hodiernum Martyrum agmen ideo inter « Praetermissos » retulerunt, quod eorum Passionis, chronologicas notas se invicem excludentes exhibentis, nullam prorsus apud Scriptores mentio inveniatur, sicuti neque de relligiosa persecutione saeculo IX-X in Aprutinis montibus excitata, *territorio Atissae*, « *loco omnino ignoto.* » (*Act. SS.* Junii I, IV ; Biblioth. Agiograph. Bolland. 7914-15.)

En igitur nova documenta, quae ad religiosum cultum erga hodiernum Agmen Sanctorum referuntur. Martyrum Corpora, anno saltem 1499 in Basilica pharphensi condita deprehendimus ex Breviario A, in quo, praeter Lyam, conjugem Stephani, Benedictus, Leo, Donatus, Martinus, Paulus et Marcus filii nominantur. Eorum religiosus cultus cum jam ab initio, statim post detecta circa annum 1039 Illorum corpora, pharphensibus monachis *omnino peculiaris fuerit*, nil mirum si apud reliquos scriptores profundum hac de re silentium servatum deprehenditur. Constantinus igitur Gaietanus apographum suum, quaemadmodum acta Sancti Thomae abbatis, derivavit ex unico fonte pharphensi. (Cf. *Act. SS. Constantini Gaietani*, in Biblioth. Alexandrina Romae. Cod. sign. 93. (vetus signat. +. v-5) p. 640-50 ; Biblioth. Vallicelliana, Romae, cod. chartacens. sign. H. 12. (Gallonii O) fol. 99-104[v].)

Quatuor cantorum ritus nonnisi in majoribus anni solemnitatibus, in martyrologio nostro adhibetur ; si igitur ms. codex unde Gaietanum apographon desumptum est « antiquissimus » fuit, quid est quod tantus cultus, tantaque religio, ne sui quidem vestigium reliquit in Breviariis B_B, et C_C, necnon in reliquis liturgicis monumentis pharphensibus saeculo XI antiquioribus ? Cur Stephanus Eiusque Filii neque in Litaniis B^A, Bc invocantur, ubi tamen Sanctus Vitalis, Quiriacus, etc., ob parvas tantummodo Corporis Reliquia penes Pharphenses reconditas, locum dignitatemque obtinent ?

Iuxta Acta « Inventionis Sanctorum Stephani, Benedicti et Sociorum », sacra corpora

Digitized by Google

IIII nonas junii.

P. III L. Romae Natalis Sanctorum, Marcellini et Petri, gloriosorum martyrum.

---

revelante Evangelista Marco, cujus honori ecclesia suptus Castrum Atissae dicata erat, detecta sunt anno 1039; sed illorum memoria tunc primum in martyrologium illata videtur, quando, circa saeculum XII, veneranda Pignora ex Praepositura Atissae in Savinense Coenobium celebri pompa sunt translata. Historiam Passionis Sancti Stephani et Filiorum Eius duplici libello continetur; alter antiquior (fol. 644-50), compositus a « presbytero *sub religioso habitu* haud longe (ab Atissa) manenti », — haud dubie, monacho pharphensi, rectore ecclesiae Sancti Stephani — in quo Martyr Stephanus ostenditur a Lodovico rege praefectus « *firmanae regioni, potissimum a Saracenis depopulatae.* (circa annum 898 ?) Politicis negotiis procurandis, ut *quae Caesaris erant ipsi tribueret et quae Dei Deo*, « *Paulum... beatus Stephanus abbatem constituit in monasterio sancti Protomartyris Stephani in provincia Lucaniae*, et coniuge Lia in Firmana regione relicta, *omnes simul morabantur in eodem Monasterio* ».

Regionem interea diripiunt Parthi (?), qui, duce Pallonio e plaga Septentrionali Italiam invadunt, coedes, incendia, sacra quaeque et profana miscent et diripiunt. Quibus, Benedicti episcopi hortatu, Stephanus eiusque filii Fidem praedicant, sed in vincula coniecti et ad ducem Pallonium perducti, acriter laniantur. Se quidem confitentur esse « *genere teutonico, parentibus non infimis, ordinati in ista provincia a rege nostro Lodovico;* at Dux ira, praecipue verbis Benedicti episcopi, motus, hujus quidem oculos, nares, aures, tempora, coeteraque corporis membra transfigi imperat, — « Clavorum autem numerus fuit XX, *quos omnes conspeximus, et penes Nos habentur* » — reliquos vero trucidandos praecipit.

Corpora Christiani, qui pauci adhuc in Urbe Atissa supererant, sepulturae tradunt, super quam etiam Lya cum fratre Johanne Diacono et parvulo filio Petro orans spiritum reddidit.

Quorum omnium Reliquiae latuere *usque ad III annum regni Henrici III*, quando primum, *Benedicto episcopo revelante*, prodigiis et signis emicuere.

Alter libellus serioris aevi, Translationis historiam narrat, sed in nonnulis a praecedenti libello differt. fol. 640-44.

Martyrum corpora inventa asserit « *anno dominicae Incarnationis 1039, gubernante romanam* (rem publicam) *nempe III piissimo rege Henrico II, Conradi regis filio, II anno regni* eius ». Reperta asserit in agro proximo *Ecclesiae sancti Marci, ipso Evangelista revelante*, quique simul iubet *Ecclesiam in illorum honorem erigi*. Novis Martyribus « *a pluribus creditur, sed a pluribus impia obstinatione irridetur* ».

Uterque libellus saeculo XI antiquior videtur, cum de sanctorum Martyrum Corporibus Pharpham translatis penitus taceant.

Permulta Registri Pharphensis documenta *Atissam nominant*, pagum « in Lucana » regione, Theatinae diocesis, ubi praeter castrum et XLVII Curtes, Sabinates monachi suae dictionis proprium habebant « *monasteriolum sancti Stephani* » ex dono Ludovici Pii et Lotarii anno 829 : — « *Monasteriolum quod situm est in finibus teatinae sive Vocitanae*, in loco *cujus vocabulum est Lucana* (Haud quaerendum in *Lucania regione*) in *honorem sancti Stephani protomartyris* » (*Reg. Farf.* II, pp. 223-24.) Paternam in Coenobium pietatem proprio diplomate Lotarius confirmavit anno 839, instante Sichardo Abbate (*Reg. Farf.* II pp. 229-230), et post eum, tum Reges tum Pontifices, Monachorum ius suis Panchartis asseruerunt. (*Reg. Farf.* III, p, 117. Diplom. Ottonis I. anno 981. — « In Comitatu de Atissa XLVII curtes cum suis pertinentiis »; MG. DD. tom. II, n. 249 ; *Reg. Farf.* II, p. 237. Diplom. Lotarii anno 840 — « Coenobium quoque beati Stephani quod situm est in *finibus Beneventanis* » — II, p. 111 ; III, p. 117. Diplom. Ottonis II anno 981. — In Comitatu de Atissa XLVII curtes cum omnibus suis pertinentiis — III, p. 136. Dipl. Ottonis III anno 998. — In Comitatu *teatino* ecclesia sancti Stephani in Lucania cum XLVII curtibus — IV, p. 78. Dipl. Conradi II. — In Comitatu teatino ecclesia sancti Stephani,... et cum ipso concambio quod factum est cum Attone Comite, de ipsa phara filiorum Guarnerii cum suis pertinentiis... et ecclesiam sancti Clementis... in comitatu pinnensi, sicut in cartula quam praedictus

Digitized by Google

III nonas junii.

Q. In Campania Natalis Sancti Erasmi episcopi et martyris, qui

---

comes fecit continetur, pro portione jam dicti monasterii (pharphensis) *de Castello Atissa*, unde ipsa commutatio facta est. — IV, p. 275 Dipl. Henrici III, anno 1050; IV, p. 281. Privileg. Leonis papae IX, anno 1051.

Bona patrimonialia monasterii Sancti Stephani, ecclesias ferme LXIII, curtes quam plures, « ex *diversis scripturis et authenticis membranis* » recenset et describit Gregorius Catinensis. (*Chron. Farf.*, I, 193.); quae omnia optime concordant iis quae enarrant Acta Sanctorum Martyrum de Lodovico Rege, qui Stephanum non modo spiritualibus, sed et politicis negotiis procurandis, universae Regioni, *potissimum a Saracenis depopulatae* praefecit.

Stephanus Lyaque coniux, Benedictus episcopus, Paulus abbas, Leo, Donatus, Martinus, Marcus filii monachi, et Johannes diaconus Lyae frater, in Alemania quidem orti, in Italiam vero a Ludovico Pio directi « *ad beneventani ducatus episcopia et Coenobia instauranda* »; negotio difficili, haud ab illo forsan dissimili vacant, cui operam impendit et Pharphensis abbas Ingoald, quem circa annum 827 historica documenta profectum demonstrant « in *partibus beneventanis*,... *episcopium albo Curiae descripturus* », post eversos scilicet Langobardorum conatus, qui iugiter antiquum Beneventi ducatum instaurare satagebant. (Cf. Translat. S. Sebastiani Martyris in *Act. SS.* Januar. II, 645 sqq ; Mabillon. *Annal. O. S. B.* II, 503 ; Muratori. *Annali d'Italia.* IV, p. 415 sqq.

Monasteriolum itaque sancti Stephani de Atissa, pharphensium cura instaurandum, in regione Imperatorio regimini infensa, nedum religioni, verum et regiis *studiis* valde profuturum, haud a vero discederet qui ideo nostris monachis a Ludovico commissum censeret, ut, quemadmodum post integrum elapsum saeculum in Ducatu Romano ab Alberico principe praestitum scimus, (cf. W. Sichel. *Alberich II und der Kirchenstaat*, in *Mitteilungen der Histor. f. Oesterr. Geschichte* XXIII, 124 sqq ; Ch. V. Lasteyrie : *L'Abbaye de Saint-Martial de Limoges*, Paris, Picard. 1901, p. 51 sqq.) Relligionis obtentu, ipsa Claustra veluti arces fidissimae et Caesareae politicae propugnacula inter medios hostiles animos constituerentur.

Haud negligenda est alia circumstantia historica. Dum Stephanus eiusque filii in provincia sibi a Rege commissa operam navant, eius coniux Lya religiosam vitam iniit in regione firmana, in qua dumtaxat potissimum Pharphenses opibus iuribusque pollebant, eodem prorsus tempore quo abbatis Fulcoaldi soror, in Aquitania orta, abbatiale regimen suscipiebat Sabinensis coenobii sancti Petri in Classicella, fraternae dictioni a duce Lupo subiecti (*Reg. Farf.* II, p. 30). Neque unicum hoc sanctimonalium Asceterium pharphensi abbati parebat ; praeter Reatinum sancti Georgii ab eodem Lupo duce erectum (*Reg. Farf.* II. p. 32) et sancti Benedicti in Silva plana, cujus virginibus curae erat sacras pharphensium vestes « opere plumario » texere (*MG. SS.* XI, p. 536, not. 1), in sermone quodam « de beato Laurentio » in Gregoriano codice Chronicon exarato, laudi vertitur inclito Monasterii Conditori, quod « veniam delictorum *animabus hic illum sequentium, utriusque generis sexuum*, a Domino acquisivit » (Cf. *Chronicon Farfense* iuxta recensionem H. Balzani I. p. 126).

Circa Petri I abbatis tempora (ann. 890), cujus adhuc in Chronicon superest memoria cujusdam cessionis bonorum castri Atissae, iure dumtaxat emphythentico, (*Chronic. Farf.* I, 233.) Agarenis Aprutinam regionem undique vastantibus, haud a vero discederet qui adserere mallet tunc potius, quam sub Hungaris, Praeposituram sancti Stephani, caede, incendio, eversione, eodem occubuisse fato, quo innumera tunc coenobia et ecclesiae, quorum fraequens memoria in Pharphensi Registro reperitur. Ex quorum numero recensentur Basilica Trebulana sanctae Victoriae (Benedicti Soractes monachi Chronic. *P. L.* CXXXIX, p. 41), monasterium sanctae Mariae ad Minionem fluvium (*Reg. Farf.* III, p. 152. — in quo eodem documento refertur : Agareni, « *cuncta Monasteria extra Romam funditus devastaverunt* » — ecclesia sancti Gregorii in territorio amiternino (*Reg. Farf.* III, p. 50), Asceteria sancti Marci in urbe spoletana (*Largitorium* fol. 90. v.) et sancti Gangolfi (*Largitorium*, fol. 381. v. ;) omnia iuris Coenobii pharphensis.

Nil igitur mirum monachos praepositurae sancti Stephani sub abbate vel praeposito

Digitized by Google

sub Diocletiano omni genere tormentorum afflictus, glorioso martyrio coronatus est [1].

Paulo, eadem martyrii palma, Barbarorum manu donatos esse, qua Volturnenses Monachi (Leonis Hostiens. *Chron. Cassin.* I, 35., *Monum. Germ. SS.* VII, 604-5.) et Cassinas Bertarius (*Chron. Cassin.* I, 44. *MG. SS.* VII, 610.)

Pace tandem reddita, post victoriam ad Lyrarum flumen anno 914, diruta Atissae praepositura nostrorum cura abbatum instauratur et veluti ab interitu vindicatur; sed dum vulgaris traditio, suo Marte, cladis memoriam servabat, martyrum sepulchrum sub cineribus diruti templi diu adhuc latuit, usque annum 1039, quo victimarum exuviae primum inventae referuntur.

E tabulario Sancti Stephani, praeter emphitheosim memoratam sub Petro I, plura rerum gerendarum documenta in Pharphense Archisterium migrata, servat Registrum.

A. Ante annum 1015. — « Transmundus Comes tenet diversas curtes et magnas, et *Castellum de Atissa*, forte et optimum, cum duobus milibus modiolis terrae adunatae... et *reddidit monticellum*, quod erat destructum castellum tunc, cum duobus milibus quingentis modiolis... Iste cambium non sponte fuit, Deus scit, sed pro recuperatione, quia antea omnino male erat factum, ad opus Monasterii ». (*Reg. Farf.* V, p. 286.)

B. Ann. 1015 — Hugo Abbas I commutat « infra territorium teatinum *et intra fines de Atipsa sub monticello* qui est super fluvium sangrum, ubi ipsa phara aedificata fuit », Ecclesiam et bona Monasterio commutata a Transmundo Comite. (*Reg. Farf.*. III. p. 284).

C. Anno 1100. — Richardus filius Lanzolini, « commorator in comitatu teatino » tradit abbati Beraldo et Alberico *praeposito monasterii sancti Stephani protomartyris ædificato in Lucania*, castrum qui vocatur lentiscum, receptis monasterio auri solidis LXXX, et in *omni anno unum militem in servitio diebus* XL, *Reg. Farf.* V, p. 163.

D. Post. 1099. — Rogerius Comes, filius Taxionis Comitis, rogatus a Beraldo abbate, concedit pharphensi Coenobio « ut *quomodo habere solebat in sua potestate tempore patris (sui), ita habeat et (suo) licito, monasterii sancti Stephani homines et Castella et cellas et quidquid sibi pertinet. Captura quippe hominum, eius minime erit, semotas duas res, scilicet causa traditionis (suae) vel (suarum) terrarum, aut causa fugitionis eorum cum facultatibus ecclesiae. Similiter de praepositis. Et si quis (suorum) hominum de suis illuc impendere cupit proprietatibus, (suo) licito faciat... Taxionis Rogerius miles acerrimus manu sua crucem depinxit...* » *Reg. Farf.* V., p. 298.

E. Prout in multiplicibus membranis tabularii pharphensis reperit, Gregorium Catinensem jam diximus bonorum patrimonialium et iurium monasterii sancti Stephani de Atissa sollerter, pro sua diligentia, seriem digessisse, quam privilegio Ludovici I in Chronicon subtexuit. Praeter Castrum de Atissa cum templis. « *Sanctae Mariae in Basilica, et Sancti Marci suptus Castellum* », Ecclesiae fere LX enumerantur. Cf. *Chronic. Farf.* I. 193.

Martyrum translatio in pharphense Coenobium saeculo XIII contigisse probabile est; licet in litaniis B_A, B_C nondum memorantur, tamen paulo post Pharphae conditos vel ipsa recensio martyrologica B probat. Coeterum, anno 1295 vix ad illationem hujusmodi pharphenses monachi impotes non evaserant, quando illorum iura in « *Ecclesiam Sancti Stephani de Atissa, ad censum unius solidi de moneta de renno* » definiebantur. (*Reg. Farf.* V, p. 331).

Martyrum solemnitas a Pharphensibus incolis sacro quotannis prosecuta est cultu kalendis iunii, usque fere ad austeriora Tridentini Concilii decreta de publicis pie vita functis, honoribus haud exhibendis, renuente Ecclesia; Sancti Stephani extrema, quae videtur, mentio, Kalendario A. inserta exprimitur, nam missale chartaceum saeculi XV-XVI « *I* », nostros Martyres penitus ignorat; paulo post medietatem illius saeculi, inducta in Savinense Asceterium iussu Pii V Congregatio Monachorum Cassinensium, alio migrante exiguo superstite conventu, vetus liturgica traditio pharphensis jam omnis periit « centralisationi » et unitati disciplinae, per Cassinates sodales in celebriora Italiae Monasteria invectae et instauratae.

1. In Reliquiarum indiculo L recensentur : « Delle Reliquie... del braccio di santo Erasmo martire ».

Digitized by Google

Pridie nonas junii.

R. Apud Illiricum, civitate Sisia, Natalis Sancti Quirini episcopi, qui in persecutione Maximiani pro fide Christi ligato ad manus molari saxo, in flumen praecipitatus est, et circumstantibus diu collocutus, ne eius terrerentur exemplo, vix precibus ut mergeretur obtinuit.

nonas junii.

S. Passio Sanctissimi Patris Nostri Bonifacii, viri Apostolici et omni sapientia adornati, qui de Anglorum gente nobilem ducens originem, qui ibidem in sancto proposito religiosissime educatus, et doctrina nihilominus insignis fuit et miraculis claruit. Novissime ergo cum multos ex Frisonibus Christianae Religioni subiugasset, a Paganis qui supererant, gladio peremptus, cum martyrii gloria migravit ad coelestia regna [1].

VIII id. jun.

T. Natalis Sancti Philippi apud Caesaream, qui fuit unus de septem Diaconibus, qui cum beato Stephano statim post passionem Christi ab Apostolis sunt ordinati, Item Sanctorum Vincentii et Benigni.

VII id. jun.

V. Constantinopoli Natalis Sancti Pauli eiusdem Civitatis Episcopi, qui tempore arianae perfidiae a Constantio imperatore apud civitatulam quamdam Cappadociae Cucusae nomine ob Catholicam fidem pulsus exilio, Arianorum insidiis crudeliter strangulatus, ad coelestia regna migravit.

VI id. jun.

A. In gallia, Suessionis Civitate, Sancti Medardi. Endegavis Sancti Licini episcopi et confessoris.

V id. iun.

B. III L. Romae Natalis Sanctorum Primi et Feliciani martyrum, qui tempore Diocletiani ferro vincti et in carcerem missi sunt, ubi affuit eis Angelus Domini qui eos confortavit. Post aliquot vero dies virgis caesi et in eculeo lampadibus adusti ac durissimae torti, ad ultimum decollati sunt.

IIII C^s^. Et in Sabinis, fundo Capriolo, milliario XXX^mo^ ab

---

1. Indicia lumine clariora contractionis plenioris textus Fuldensis, cujus recensioni nonnullae commemorationes Dedicationum Basilicae, Cryptae sancti Bonifacii, Altaris Sancti Benedicti etc., a pharphensi martyrologo servatae, pertinent.

In Breviario B. commemorantur hodie Coniux et Filii Martyres sancti Maximi. (De quo plura elucidanda relinquimus, quando antiqua Pharphensis Monasterii kalendaria publici iuris proxime reddemus).

Digitized by Google

Urbe Roma, Natalis Sanctorum Gethulii, Amantii, Primitivi atque Cerealis [1].

IIII id. iun.

C. Antisiodoro Depositio Sancti Censurii episcopi et confessoris.

III id. iun.

D. XII L. Natalis Sancti Barnabae Apostoli, qui cum esset Cyprius, ab Apostolis cum Paulo gentium Apostolus ordinatus est. Hic postea propter Johannem, qui Marcus vocabatur, separatus a Paulo, nihilominus Evangelicae predicationis iniunctum sibi

1. Textus laterculi primaevae manus satis innuit eius pharphensem originem, ubi celebri cultu hodiernos martyres auctos confirmant Breviarium A, B^A, B^C, pluraque alia liturgica documenta in Registro et in Chronicon servata. Coemeterium et Basilicam, Martyris Gethulii corpore insignem, via Salaria milliario XIII, donum cesserat pharphensi Monasterio Transmundus II,dux Spoletanus, anno 724 : « *ubi Ipsius corpus requiescit, ad meliorandum et disponendum ipsum sanctum locum* ». (*Reg. Farf.* II, p. 26). Quae in Adonem congessit argumenta Clarissimus Vir H. Quentin (*Op. cit.*, pag. 542) ob tyburtinam Martyrem Symphorosam, proprio ingenio coniugem Gethulio Sabinensi tributam, a qua demum Gethulii et Sociorum Eius Corpora sepulta asserit, documentis nostris plane confirmantur, in quibus, sicut et in Passione Gethulii, *de solo Eius corpore* sermo est.

« Curtis sancti Gethulii » coemeterio, Martyriique loco in primis definita, passim in pontificiis regalibusque diplomatibus recensetur, iisque maxime quae saeculo XI litibus Monasterium inter et Crescentiam urbanam Gentem dirimendis edita sunt. (*Reg. Farf.*, II, 25-8 ; III, 124 ; *MG. SS.* XI-541. Iuxta hunc postremum Hugonis I (998-+ 1039) abbatis pharphensis textum, curtem sancti Gethulii « *duces spoletani Faroaldus* (II) *eiusque successor, dato concambio episcopatui reatino, cujus possessio fuerat, nostro monasterio contulerant temporibus domini Thomae* (+ 720 ?) » (cf. P. L. Galletti, *Gabio, antica città di Sabina*, pp. 14-15. E. Stevenson, *Il cimitero di Zotico al decimo miglio della via labicana.* Modena, 1876, pp. 46 sqq. ; *Reg. Farf.*, II, 184).

Anno 996, VIII kal. iunii curtem sancti Gethulii invisit imperator Otto III, ibique Iohanni III abbati auxilium deprecanti contra patrimonii pharphensis innumeros undique raptores, privilegii amplissimas litteras concessit : « *Sabinis, in curte sancti Gethulii, feliciter.* (*Reg. Farf.*, III, 124).

Martyris corpus, ex ipso solemniori festo in monasterio pharphensi hac die saeculo XI « ex consuetudine » fraequentato, et in Breviario B_A majoribus litteris expresso, argumentum inde iure optimo sumere licet praecedenti aevo, post Agarenorum in Sabinensi agro direptionem, translatum fuisse in Basilicam majorem sanctae Mariae, in qua Patres nostri adhuc saeculo XVI reconditum venerabantur. Nec dissentit laterculus, nam milliarium XXX viae Salariae quod indicat, non jam fundum Capreolum, milliario uti *diximus XIII* consistentem, *sed ipsum pharphense Archisterium*, repetitis vicibus iugiter designat. Coeterum, Breviarium B_A, ante annum 1060 exaratum, disertis verbis enunciat Martyris Gethulii et Sociorum Corpora « *in praesenti requiescere Ecclesia* ».

Guidonis abbatis III pharphensis iuramenti forma Registrum servat, qua pridie kalendas apriles anni 1019, abbatiale regimen suscepturus, inter coetera quae iniquo animo Conventui spopondit, ut « *Praepositus sancti Angeli de Tancia, in sancti Gethulii festivitate ceram et cereos ex consuetudine annue conferat* », (*Reg. Farf.*, V, 314) decernit.

Plura quae de sancto Gethulio, cujus sacrum Corpus saec. XVI adhuc in Basilica Pharphensi reconditum testatur Breviarium A, candidus Lector fortasse desiderabit, ne semel dicta denuo referre cogamur, conferat in sciddis nuper in lucem per nos prolatis (in *Rivista Stor. Bened.*, 1910, I. Spigolature farfensi II, *Monumenti storici e liturgici*).

Digitized by Google

opus exercuit. Cujus corpus tempore Zenonis imperatoris, ipso revelante, repertum est.

Apud Aquileiam natalis Sanctorum Martyrum Felicis et Fortunati. Et in Sabinis, milliario XXX ab Urbe Roma [1], Depositio domni Hilderici abbatis [2].

---

1. Fraequentato in martyrologiis dicendi more, laterculus milliario XXX viae Salariae, pharphense coenobium iugiter indicat, licet Asceterium remotius sit a via publica, inter umbras et nemora Pharphensis fluvii.

2. In Abbatiali serie extremum Hildericum novimus, quem sacro quodam cultu auctum scimus ex « Libello Constructionis » coaevo, legi solito a pharphensibus festo die sancti Thomae abbatis, IV idus decembris. Agiographicam indolem ipsa quoque hodierna Eius Depositionis commemoratio redolet, *distincta ab obitus die*, qui idibus Septembribus enunciatur tum a coaeva « Constructione », tum in veteribus documentis, ad quae appellat repetitis vicibus Gregorius Catinensis.

Haec postrema candido lectori dijudicanda subiicimus :

Constructio Pharph. (MG. SS., XI, pag. 530).
« *(Hildericus)... migravit in pace id. sept.* »

Registrum Pharph., (II, 240).
« *(Hildericus)... migravit in pace idibus sept.* »

Fasti Abbatiales (Regist. II, 9).
« *Hildericus presbyter et abbas, temporibus hlotarii et ludoguici filii eius imperatorum* ».

Chronic. Pharph. (Ediz. Balzani I, 208).
« *(Hildericus)... migravit in pace idib. sept.* »

Martyrol. Pharph.
« III id. iun... *in Sabinis, milliario XXX ab urbe Roma, Depositio domni Hilderici abbatis* ».

Post Agarenorum direptionem Basilicam majorem pharphensem non semel renovatam vel instauratam constat sub Abbatibus Ratfredo (ann. 936), Hugone I (998-1039), Berardo I (1060) et Atenulpho I (1037-43), in qua ardui operis molitione, antiqua sepulchra vix non fuere remota vel alio translata. — Idipsum in basilica sancti Martini praestitisse Cassinates monachos, ostendit Clarissimus G. Morin, *op. cit.*, pp. 22-23. — Quid igitur mirum si Hilderici nostri ossa, vel fortuita a fossoribus inventa, vel technica exigente ratione, a primaevo sepulchro semel extracta, nova depositione recondita sunt, eaque solemni, veluti de Patre beatissimo, cujus quidem annua memoria tanti habita est, quae in martyrologio adnotaretur ?

Proposito argumento, ni fallimur, novum robur hinc accedere videtur, quod in laterculo nostro vel ipsae celebriores abbatum *obituales depositiones* saeculi XI, silentio premantur, veluti Johannis III, — unica quae VI nonas maii, et quidem rubro caractere designatur apud BA — Hugonis I et Berardi I, cujus quidem exceptionis erga antiquum Hildericum nulla alia ratio assignanda videtur, *nisi liturgica quaedam eius memoria*, in die anniversaria novae venerandi Corporis Depositionis. Tanto honore haud indignum Hildericum, ipse coevus Constructionis Auctor testis est : « *Satis placabilis atque aptus Deo et hominibus, qui quamdiu advixit, strenue secundum Deum et saeculum suum peregit officium, ita ut cunctis spiritualibus per omnia amabilis existeret* ». (*Chron. Farfense*, I, 208).

Accedit quod Gregorius Catinensis qui in suis fastis abbatialibus vix non unice appellat ad Libellum Constructionis, unde sollerti cura obituales abbatum dies repetit, *unius Hilderici* referre praeterit, licet aliis in operibus eum depositum idibus Septembribus asserat. Oblitum in Fastis dicamus ? Contendere nolumus, licet vix improbabile quis decernat, hanc opportuni silentii viam ideo instituisse Gregorium, quod serioris Hilderici Translationis fortasse nescius, conciliationis rationem inter utrumque Illius Depositionis diem inire nequiret.

Digitized by Google

Et sancti Honuphrii Confessoris : XII fiant lectiones [1].

Pridie id. iun.

E. III L. Inventio et translatio Sanctorum Martyrum Nazarii et Celsi. Item beatorum Basilidis, Cyrini et Naboris. Octava dies pretiosissimi Christi Martyris Bonifacii Episcopi [2].

Item Nazarii et Celsi : quos duos passos fuisse apud Ebredunensem Urbem antiquitas memorando celebrat [3].

Id. iun.

F. Romae sanctae Feliculae virginis, quae fuit collactanea sanctae Petronillae Virginis.

XVIII kal. iul.

G. III L. In pago Suessonico Natalis Sanctorum Valerii et Rufini Martyrum, qui Romae quidem orti, sed in Gallia glorioso sunt martyrio coronati.

Beatorum Canctii et Cantiani atque Cantianillae [4].

XVII kal. iul.

H. XII L. In Sicilia Sanctorum Martyrum Viti [5] et Modesti et Crescentiae.

---

1. Memoria sancti Onuphrii, recensionis Matenanensis, hodierna die conciliari nequit cum solemnitate Barnabae Apostoli, nisi XII lectionum ritus vel in sequentem diem transferatur, vel, omnino tanta celebritate praetermissa, quemadmodum in Breviario A, simplex commemoratio Sancti Anachoretae officio Sancti Barnabae nseratur. Caeterum, textus graecus Actuum Eius, Bollandianis Sodalibus probatus, sequenti die Illum obiisse refert. Sancti Onuphrii nomen praeteritur in Litaniis B^A, B^C, at oratiuncula ad coelites Patronos in calce eiusdem Gallettiani apographi, Illum recenset Equitium inter et Thomam abbatem. Eius quoque sacra imago hoc eodem tempore recenti albario depicta, in parietibus Sacri Specus Sublacensis sancti Benedicti, adhuc cernitur. — Cf. Hermanin, *Le pitture dei monasteri sublacensi*. in. I Monasteri di Subiaco. A cura e spese del Ministero della publica istruzione, I, pp. 420, 432. — Quae igitur apud Bollandianos Auctores (*Act. SS.* Iun. III, 16-17) de Honuphrii fama cultusque diffusione Fratribus Minoribus praecipue tribuenda leguntur, ad veriores terminos definienda videntur.

2. Vix opus est elementa a recensione martyrologica fuldensi in nostrum derivata, lectori repraesentare.

3. Nazarii Basilidisque festus dies hodie recensetur et in Lectionario D. XI saeculi.

4. Advertit Tamburinius, Cantii, Cantiani et Cantianillae martyrum nomina recentiori, uti videntur, calamo in margine ms. adnotari ; at Illorum festum pridie kal. iunias in kalendario B^A jam recensetur.

5. Duodenariae Lectionis nocturnus ritus in sancti Viti solemniis, ei, qua floruit, antiquae celebritati debetur, cujus adhuc in Campania, in Latio, in Tuscia, in ipsa denique principe Urbe, innumera propemodum templa, monasteria, altaria honori dicata manent.

Ecclesia sancti Viti haud longe a Salaria via, ad pontem super Phabarim flumen, primum memoratur in Registro anno 747 (II, 31, 33), sed mox jura omnia in templum et omonymam « Curtem », anno 750 dux spoletanus Lupo Fulcoald abbati tribuit. Praeter donationis chartam anno 768 in favorem monachorum, insignem ob : « *actum ad sanctum Vitum* » (*Reg. Farf.*, II, 71), Registrum servat confirmationis diploma ducis Hildebrandi, anno 776 (*Reg. Farf.*, II, 86-87) ; fuerunt haec praedia conven-

Digitized by Google

XVI kal. iul.

I. Apud Antiochiam Sanctorum Martyrum Quirici et Iulittae matris eius cum aliis quadringentis quatuor martyribus.

Eodem die Sanctorum Aurei et Iustini Martyrum.

XV kal. iul.

K. Aurelianis Depositio Sancti Aviti presbyteri et Confessoris, qui cum esset monachus, heremum expetivit, ubi aliquanto commoratus, etiam miraculis claruit, ac postea glorioso fine in pace quievit. Assumptio Heliae prophetae et Translatio Bartholomaei Apostoli [1]. Nicandri et Marciani [2].

XIIII kal. iul.

L. III. L. Romae Natalis Sanctorum Martyrum Marci et Marcelliani praeclarissimi generis, Tranquillini et Marciae filiorum. Hi lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrii ad syderea regna migrarunt.

In Alexandria Natalis Sanctae Maximae Virginis, quae multis suppliciis pro Christo macerata est.

XIII kal. iul.

M. III L. Mediolani Passio Sanctorum Gervasii et Protasii et apud Ravennam Ursicini Martyris [3].

XII kal. iul.

N. Romae Sancti Novati fratris Timothei presbyteri, qui a beatis apostolis eruditi sunt. Scriptum in Passione Sanctae Praxedis Virginis. Hodie etiam Translatio celebratur gloriosissimae Victoriae Virginis et Martyris apud Firmanos [4].

---

tualis monachorum mensae per diuturna saecula omnino attributa, donec Sabinenses episcopi, propria, uti putabant, vindicantes, exctincto monachorum veteri jure Romani Pontificis auctoritate, die 5 augusti 1209 curtem sancti Viti suae Sedi subegerunt. (Cf. G. Palmieri, *Contributo alla storia del Monastero di Farfa*, in. Il Muratori, III, fascic. 18, p. 242-46).

1. Translatum sacrum Corpus in Lypparitanam insulam jam tradit Gregorius Turonensis (Gloria Martyrum, 34, *Ms. L. SS. RR. Meroving.*, I, 510). Translatio Beneventum circa annum 834 evenit.

2. De quorum Martyrum cultu, post Venafrum Eorum Corpora translata, cf. Morin, *op. cit.*, 53, not. 2.

3. Nihil in Laterculo de Depositione « *Domni Sanctissimi Lucerii* » *abbatis. Chron. Farf.* I, 198) hodie in Constructione recensita (Mg. SS. XI 528), quia IV id. decembris simul cum Decessore Sancto Thoma colebatur.

4. Postero quidem, sed apto ex ordine loco, prima manu Translationis sanctae Victoriae solemni IV cantorum ritu festus dies indicitur. Ossa inclitae Martyris, ex antiqua Trebulana Basilica ad novam Matenanensem a Ratfredo Abbate excitatam, circa annum 934 translata esse diximus; superest ut de dignitate novi sanctae Victoriae Coenobii pauca disseramus. Filia primogenita pharphensis archisterii, metropolitico, ut fas sit ita loqui, iure pollens, « Praesidatui Pharphensi » in Marchia Firmana Victorianum

Digitized by Google

XI kal. iul.

O. Caesareae Palestinae Natalis Sancti Eusebii episcopi historiografi.

X kal. iul.

In Campania Civitate Nola Natalis Sancti Paulini episcopi et confessoris, qui se temporibus Wandalorum pro filio cujusdam viduae in servitutem tradens, et terribili visione regi eorum quis esset agnitus, reddita sibi omni captivitate civitatis suae, et onustis frumento navibus, cum ingenti gloria ad suam Sedem reversus est. III L. Et Sanctorum Mille nongenti, qui religiose celebrandi sunt [1]: et sancti Iacobi Apostoli Alphei [2].

VIIII kal. iul.

Q. In Britannia Natalis Sanctae Ydeldrudis Virginis, cujus gesta continentur in historia Anglorum Ecclesiastica. Eodem die Vigilia sancti Johannis Baptistae.

Coenobium praeerat, et, quemadmodum eius prepositos interdum Vicarii generalis ipsius Abbatis pharphensis munere in Sabinense territorium auctos constat, ita vicissim Abbates nonnullos diem extremum clausisse in monasterio matenanensi, et conditos fuisse apud Martyris exuvias, vetera monumenta tradunt. « *Petrus I* (+ 920) *sepultus vero est in supranominato castello* (Matenani), *in oratorio sanctae Mariae, quod ipse construxerat* » (MG. SS. XI 534), + 920.

« *Secunda quoque vice recuperavit (abbas) Sarilo* (castellum sanctae Victoriae)..., *sed pauco advixit tempore, ibique mortuus est et sepultus* » (MG. SS. XI, 537, + post 943.)

« *Iohannes III..... defunctus vero et sepultus est in monasterio sanctae Victoriae in Matenano monte* » (MG. SS. XI. 539). (Cf. Breviarium B^A. — *VI nonas maii. Obiit Iohannes abbas hujus monasterii* » + 997.)

Insigne vero Stephani I abbatis (+ 1247) epitaphium merito habetur, ob invocatam ibi Victoriam martyrem : « *Protegat hunc ergo victriæ Victoria Virgo* » (Cf. *Spigolature Farfensi I Monumenti epigrafici*, Estratt. *Rivista Storici Benedettina* fascic. VII Luglio — settembre 1907 ; fascic. VIII ottobre-decembre 1907, p. 14, 20).

Neque tamen post alio translatum beatissimae Martyris corpus, pharphensium in Eam relligionem aliquomodo minuit, immo uberiorem evasisse, vel ob ipsam Matenanensis coenobii praestantiam, documenta demonstrant. Galletti Apographon B^C tres recenset in eius festo die hymnos, Imago udo parietibus expressa adhuc cernitur in choro basilicae sanctae Mariae, et Indiculus Reliquiarum memorat « *Un braccio di santa Vittoria Vergine e Martire* ».

Mirum est coenobium Matenani tam generico indicio in Lateculo enunciari, ubi pharphense tanto studio, « *via Salaria, milliario XXX, in Savinis, in coenobio sanctae Mariae* » accurate describitur.

1. Saeculo XI jam Agminis hujus solemnitas a pharphensibus monachis agitabatur, prout Lectionarium D ostendit. Apud A inseritur eorum memoria recentiori manu, ipsiusmet cui curae fuit, vetustiores, diuturna traditione pharphensi, celebritates, kalendario saeculi XVI inserere.

2. De hodierno in honorem Apostoli Iacobi festo die, cf. G. Morin. *Op. cit.* 51. not. 3 ; 53, not. 4.

Digitized by Google

VIII kal. iul.

R. IIII^or C^s. Nativitas Precursoris Domini Nostri Jesu Christi [1].

VII kal. iul.

S. Natalis sanctae Severae Virginis. Apud Pirri Beroeam sancti Sosipatris discipuli sancti Pauli Apostoli.

VI kal. iul.

T. III L. Romae Natalis Sanctorum Martyrum Iohannis et Pauli fratrum. Eodem die Romae Sancti Vigilii Papae. Valentianis Passio Sancti Salvii episcopi et Martyris, tempore Karoli imperatoris.

V kal. iul.

A. In Cia Monasterio [2] Natalis Sancti Florentii Confessoris. Apud Palatiam [3] Beati Crescentii episcopi, discipuli Sancti Pauli Apostoli, qui et in Galliam transitum faciens, multos ad fidem convertit. In Epheso revelatio Sanctorum VII Dormientium, et Octava Translationis Sanctae Victoriae [4]. Beatae Seraphinae virg. III L [5].

IV kal. iul.

B. Vigilia Apostolorum Petri et Pauli. Romae Natalis Sancti Leonis Papae. Lugduno Galliae Natalis Sancti Hirenaei episcopi, qui in persecutione Severi post multa tormenta, inter quae ab Angelo meruit confortari, gloriosam martyrii accepit palmam.

III kal. iul.

C. PRINC(ipalis). Romae via Aurelia Natale Sanctorum Petri et

---

1. Praecipua relligione a Pharphensibus nostris Praecursoris memoria, monachis omnibus coeteroquin solemnissima, prosequebatur, ob ipsum Monasterium et majorem Ecclesiam in Eius et Iohannis Apostoli simul cum Deiparae honorem conditam. Saeculo IX adhuc fortasse vetus titulus supererat absidi basilicae a Sancto Laurentio episcopo impositus, « in quo refertur ab Eo et Susanna Eius Germana hoc Monasterium non de publico fuisse constructum, in honorem sanctae Dei Genitricis semper Virginis Mariae et *Sanctorum Iohannis Baptistae* et Iohannes Evangelistae » (*Chronic. Farf.* — ediz. Balzani. II, 4 ; Schuster, *Spigolature Farfensi* I. 6-9, 17).

Anno 1121 hac ipsa Iohannis Baptistae solemnitate, Callistus II pharphense coenobium adiit ut Atenulphum abbatem nefario Guidoni III regimini valedicturo substitueret. Verum monachi, ne contra Imperatoris voluntatem Electum a Sumno Pontifice suscipere cogerentur, Atenulpho a proprio parente in custodiam truso, monasterium penitus deseruerunt. Hinc Callistus « *cum... huc... venisset et omnem congregrationem cerneret decessisse, mox rediit, post sacrae decantationem Missae* » (MG. SS. XI. 582).

2. Loco, prius vacuo relicto, nonnisi serius scriba Cardinalis Tamburrini « *Cia Monasterio* » inscripsit. Praeferenda est lectio Cod. martyr. Wissemb. » *In insula Oia translatio Corporis Sancti Florentii* » ; vel iuxta cod. Rhemens. : « *In Oia monasterio* ».

3. Ado : « Galatiam ».

4. Primaevae manus, novum in inclitam Martyrem argumentum Relligionis penes Pharphenses.

5. Recensionis Matenanensis. A. hodie Symphorosam Tyburtinam celebrat, cujus nomen in Litaniis saeculi XII invocatur.

Digitized by Google

Pauli Apostolorum Principis; Petri in Vaticano, Pauli vero in Via Ostiensi. Utriusque in catacumbas; passi sub Nerone, Basso et Tusco consulibus [1].

Prid. kal. iul.

D. II. C[s] Commemoratione iterata Sancti Pauli Apostoli. Lemovicas Sancti Marcialis episcopi et confessoris [2].

Mensis iulius Ebraeorum IIII. Thamul. Graece VIII Panemos, R. F. I. Solstitia ardentis Cancri fert Iulius Austrum. R. L. XIII. Mensis iulus habet dies XXXI. Lunas XXX.

Kalendas iulias.

E. Romae Gagi Papae et Natale Sanctarum Virginum Fidei, Spei et Caritatis, cum Sophona matre earum.

VI nonas iul.

F. III L. Romae Natalis Sanctorum Processi et Martiniani Martyrum, qui a Beatis Apostolis Petro et Paulo baptizati et instructi sunt [3].

VII kal. octobr. [4].

(Cleopha) et in eadem domo, in qua Mensa Domino, quasi peregrino paraverat, pro confessione ipsius quem ibi ipse cognoverat, a Iudaeis occisum et gloriosa memoria sepultum.

VI kal. octobr.

N. III Lect. Passio Sanctorum Cypriani Episcopi et Iustinae virginis et Theogniti. Igitur Iustina sub Diocletiano multa perpessa propter Christum, etiam ipsum Cyprianum cum esset magus et maleficiis suis eam dementare conaretur, convertit ad Christum.

---

1. Quae de mentione translationis Corporum Apostolorum Tusco et Basso consulibus observat de Rossi, cf. *Op. cit.* pag. XXIV. Ex documento. 401. Registri Pharphensis, anno 988, deprehendimus hodiernam solemnitatem celebri pompa agitatam esse penes Pharphenses monachos. (*Reg.* II ; 102-105). « *Superveniente autem festa Apostolorum Petri et Pauli, quae in eodem monasterio est aedificata, ad eamdem solemnitatem venerunt multi... in eamdem Ecclesiam... Deinde Iohannes (III)... venit paratus cum suis clericis, praesbyteris, diaconibus et subdiaconibus paratis ad missam* ».

2. Iam in Breviario pharphensi saec. IX hac die celebratur memoria « *Marcialis Lemovicinae Civitatis episcopi* ».

3. Usque ad VII kal. octobris caetera desiderantur. Maximi fuissent momenti laterculi lectiones festo die dedicationis Basilicae Pharphensis Pridie non iul. (per Nicolaum pp. II, anno 1060) ; sancti Laurentii episcopi et Susannae Sororis VIII id. iul. ; VII Fratrum filiorum sanctae Felicitatis VI id. iul ; sancti Equitii abbatis III id. aug. ; et sancti Iacynthi Levitae martyris V id. sept., qui omnes in Breviario B[A] recensentur, utpote, peculiari ratione, agiographiae pharphensi pertinentes. De quibus omnibus plura in Kalendariis proxime per nos edendis dicturi sumus.

4. Valde interesset investigare num festum « Conceptionis sancti Johannis Baptistae » in Kalendario B[A] recensitum, etiam in Laterculo nostro locum invenisset, pridie hujus diei. (Cf. H. Quentin, *op. cit.*, 54, 441, 488, 485).

Digitized by Google

Cum quo postea jam episcopo et nobili Doctore facto, martyrium sumpsit [1].

V kal. octobr.

O. XII L. Passio Sanctorum Cosmae et Damiani [2] sub persecutione Diocletiani et Maximiani, Praeside Lixia, in Civitate Aegea; qui post multa tormenta, vincula et carceres, post mare et ignes, crucem, lapidationes, et sagittas divinitus superatas, capite plectuntur.

IV kal. octobr.

P. In Hispania Civitate Corduba Natalis Sanctorum Fausti et Januarii et Marcialis, qui primo eculei poena cruciati, deinde rasis et superciliis et auribus ac naribus precisis,dentibusque superioribus avulsis, deturpati, ad ultimum ignis passione martyrium consumaverunt.

III kal. octobr.

Q. In Monte Gargano venerabilis memoria Beati Archangeli Michaelis, ubi ipsius nomine consecrata ecclesia habetur. Antisiodori Sancti Fraterni episcopi, quem ferunt eodem die esse interemptum, quo et Antistitem ordinatum.

Pridie kal. octobr.

R. In Castro Solodoro quod est super Arulam fluvium, passio Sanctorum Martyrum Victoris et Ursi ex gloriosa Legione Thebaeorum. Eodem die apud Bethleem Juda Depositio sancti Hieronimi presbyteri, viri eruditissimi.

Mens. Octubris Haebraeorum VII Theseri, Graece XI Yperberetheos, R. F. II.

Aequat et Octimber sementis tempore Libram. R. L. V. Mensis oct. habet dies XXXI.

Kalendas octobris.

S. Translatio Sanctorum Confessorum pariterque Pontificum Christi Germani Antisiodorensis, Remigii Remensis et Vedasti Atrebatensis. Lugduno Depositio sancti Nicetii episcopi et Confessoris.

---

1. Indignam confusionem hodierni Cypriani cum episcopo Chartaginiensi omnibus notissimo, vix opus est denunciare.

2. « Anargyrorum » Martyrum cultus, a Graecis in Italiam semel seculo V invectus, alte lateque radices egit. Ecclesiae eorum honori erectae saepe in agro sabinensi memorantur; Reliquias Indiculus pharphensis recenset, ob quas fortasse duodecim Lectionum Ritus institutus videtur.

Digitized by Google

VI nonas octobr.

T. In pago Atrebatensium, villa Siricinio Passio Leodegarii Augustodunensis episcopi, quem variis iniuriis ac diversis suppliciis pro veritate afflictum, Ebroinus majordomus regius interfecit [1].

V nonas octobr. dg.

V. Antiochiae Theugeni. In Africa Urbani, Victoris, Spargi, et alibi Ammonis et Casti. Apud Antiquos Saxones Natalis duorum Heuvandalorum [2] presbyterorum, qui cum sancto Wilybrordo presbytero venientes in Germaniam, transierunt ad Saxones, et cum praedicare Jesum Christum coepissent, comprehensi sunt a paganis et occisi. Ad quorum corpora noctu multa diu apparens lux et ubi essent et cujus essent meriti declaravit.

IIII nonas octobr.

A. In Aegypto Passio Sanctorum Marci et Marciani martyrum. Antisiodori Depositio Marsi presbyteri, qui cum Beato Peregrino episcopo ad predicandum verbum Dei, imperio Sixti Papae Galliam venit. Eodem die Sanctorum Crispi et Gagii, quos apud Corinthios beatus Apostolus se dicit baptizasse ; de quo ad Romanos scribens idem ipse Apostolus : Salutat vos, inquit, Gaius hospes meus, et universae ecclesiae. Cujus et Beatus Johannes scribens epistolam meminit : Senior Gaio Charissimo, quem ego diligo in veritate.

In Civitate Asisi Sancti Francisci confessoris [3].

III nonas octobr.

B. In Gallia civitate Valentia sancti Apollonaris Episcopi et confessoris, cujus vita virtutibus insignis fuit et mors nihilominus signis et prodigiis decoratur. Apud Eumeniam Traserii episcopi, apud Smirnam martyrio consummati, qui unus ex antiquis, quasi ex traditione priorum, se accepisse asseruit, Salvatorem praecepisse Apostolis Sanctis, ut ante duodecimum annum ab hierosolymis ne discederent [4].

---

1. Ingenti relligione Pharphenses nostri ex Aquitania Galliaque, Leodegarium coluere, testibus codicibus A, B. Indiculus : « *delle reliquie di san Lodigario confessore* » recenset.

2. Rhabanus — Hewaldorum.

3. Extremo loco recentiorique calamo sancti Francisci memoria textui nostro inseritur, post obitualem Eius annum 1225.

4. Quod omnino miramur, liturgica semel inducta penes Pharphenses nostros traditio tam illibate servata est, ut ne saeculo quidem XV martyrium sancti Placidi, nedum figmenta proprio Marte a Petro Diacono Cassinensi, primaevae fortasse recentioni Actuum Sancti Placidi inserta, unquam recepta sint. Placidi nomen Maurum inter et Libertinum apud B^A, B^C invocatur in Litaniis, sed loco caret tum in Lectionariis et Martyrologio, tum in ipso absolutissimo Kalendario A.

Quae dicta sunto, non ut perobscuram jam controversiam de martyrio sancti Placidi

Digitized by Google

Pridie nonas octobr.

C. In Galliis civitate Aginno Natalis Sanctae Fidei virginis et Martyris, cujus exemplo Beatus Caprasius ad agonem martyrii animatus est. Antisiodoro sancti Romari [1] episcopi et martyris.

Nonas octobris.

D. III L. Romae sancti Marci Papae et Confessoris. Eodem die III L. passio Sanctorum Martyrum Iuliae, Sergii et Bachi. Item eodem die Natalis Sanctorum Marci et Apulei, qui primo quidem adhaeserant Symoni Mago, sed videntes mirabilia quae operabatur Dominus per Beatum Petrum Apostolum, relicto Symone, Apostolicae doctrinae se tradiderunt.

Et sanctae Parahale [2].

VIII idus octobr.

E. Apud Cretam Urbem Gortinae Beati Philippi episcopi, magni virtutibus et optimis studiis viri. III L. Eodem die passio sanctae Reparatae virginis [3].

VII idus octobr.

F. XII L. Parisiis Beatissimi Dionisii Arioparitae nataliscius dies celebris ducitur [4], qui a Beato Paulo Apostolo monita salutis hauriens credidit et baptismate lavatus, primus apud Athenas ab eodem Apostolo episcopus ordinatus. Hic post martyrium Apostolorum Romam veniens, a Beato Clemente honorifice susceptus et habitus est, a quo, apostolica sumpta auctoritate ligandi solven-

---

3. Un des thèmes favoris, au Ve siècle, de tous les écrivains plus ou moins teintés de pélagianisme.

Digitized by Google

nous mettra en état de résister au choc de l'ennemi. N'imitons pas ceux qui, sous prétexte de simplicité chrétienne, et de crainte, disent-ils, de s'exposer à l'orgueil, négligent de prendre connaissance des lettres que leur Seigneur a daigné leur adresser : au fond, c'est qu'ils craignent de savoir au juste ce qu'ils ont à faire.

Vient ensuite une série de conseils qui regardent particulièrement les personnes de haute condition. A ce propos l'auteur trace un tableau très vivant et très original de l'intérieur d'une grande maison romaine de l'époque, du luxe qui y règne, de la recherche du confort, de la délicatesse excessive des dames, incapables de supporter le contact de la laine ou d'une toile un peu rude [1]. Il leur oppose l'attitude énergique et bienfaisante de la matrone chrétienne, et insiste longuement sur les devoirs à remplir vis à vis des domestiques. Il rappelle le grand principe que, devant Dieu et son Église, nous sommes tous frères et égaux : si Dieu permet que des hommes soient les maîtres d'autres hommes, c'est pour que ceux-ci prennent la défense de son image qui chemine ici-bas. Donc, respect, sentiments d'humanité, tendre sollicitude vis à vis des serviteurs : ne point souffrir qu'ils soient sales et mal vêtus, qu'ils aient à endurer le froid ou la faim, à subir de mauvais traitements [2]. Sans doute, il faut tâcher de les corriger de leurs défauts, et savoir parfois allier, à leur égard, la sévérité à la bonté : mais que ce ne soit point par un faux zèle de la justice. Les maîtres ne sont-ils pas le plus souvent les premiers en faute ? Qu'ont-ils fait pour enseigner, par l'exemple et la parole, à ceux qui les servent, la voie du salut ? Et comment exiger de ceux-ci ce que personne ne leur a appris ? Maître et serviteur ont besoin, l'un comme l'autre, de l'indulgence du souverain Seigneur. Cependant, si un domestique a une mauvaise conduite et qu'il se montre incorrigible, il faut savoir l'éloigner de soi, et soustraire le milieu familial à son influence, comme le fait l'Église à l'égard des hérétiques [3].

Par rapport aux autres personnes, se mettre en garde contre l'adulation des gens intéressés : prendre l'habitude de ne se guider que d'après le témoignage de sa propre conscience. Il en résultera

1. cap 18 : Caue, quaeso, ne leuissimo ictu forte mouearis, cum te lana per puellulam coeperit commouere uel tela.

2. Ibid. : Caue, quaeso te, domina, ne ullius uernaculorum tuorum squalentia inter pannos quisquam membra conspiciat, ne ullus tuorum hiemis prae pauperie rigescat algore, nullus patiatur esuriem, nullus inedia, nullus oppressionibus fatigetur... Ad hoc enim domini hominum homines facti sunt, ut imaginis dei in hoc mundo peregrinantis tutelam exciperent.

3. Cap. 19 : Inde est quod perituros hereticos sancta damnat ecclesia, et de concilio eicit pro uno incommodo, quorum multa consecuta est lucra.

Digitized by Google

infailliblement que nous choquerons de temps en temps l'opinion publique, et nous attirerons la haine des mauvais. Mais le moyen qu'il en soit autrement, dès lors qu'on est franchement décidé à rester bon ? Cela est prédit dans l'Évangile, et il faut bien s'y résoudre : nous ne sommes venus au monde que pour lutter.

Ne point s'autoriser à tout propos de l'exemple de ses ancêtres : si ces exemples sont mauvais, et que nous voulions les imiter, nos ancêtres sont les premiers à en souffrir dans l'autre vie, au lieu que nous attirons sur eux la miséricorde divine, en nous efforçant pour notre part de corriger ce qui a laissé à désirer dans leur conduite [1]. Puis, encore une fois, la noblesse de la chair n'est rien, en comparaison de celle de l'âme : ne traitons pas cette âme moins bien que notre corps. La vie humaine est brève, et tout n'est que vanité, même pour les personnes qui vivent dans l'opulence. La seule chose qui leur soit vraiment profitable, c'est le bon emploi des richesses : qu'elles sachent s'inspirer, en cela comme dans tout le reste, des enseignements du christianisme, et mettre leur conduite en harmonie avec leur foi.

L'état du mariage n'est pas un obstacle à l'accomplissement de la loi de Dieu : il exige parfois plus de patience et de force. Il faut la demander dans la prière : tous peuvent compter sur l'effet de la prière, puisque tous ont le devoir de prier. Ne jamais oublier que le résumé de la perfection chrétienne consiste dans la connaissance et la pratique de la volonté divine. L'auteur termine en émettant le vœu que Gregoria réalise pleinement la sublime dignité de sa vocation. Qu'elle devienne pour le Christ et son Église, pour son mari et sa famille, pour son entourage et la société tout entière, le type accompli de la matrone chrétienne : son bonheur en cette vie et dans l'autre en dépend.

***

Cette sèche analyse ne donnera, je le sens, qu'une idée très imparfaite de ce que notre ἀνέκδοτον renferme d'intéressant. Aussi m'a-t-il paru à propos, en attendant la publication complète du texte, de grouper ici du moins certains passages plus caractéristiques,

1. Ibid. : Sane illud dilligentissime cura, ne ita nobilitatis corporeae praerogatiuam teneas, ut te tuorum censeas sequi debere in confuso exempla maiorum ; sed segregatis bonis omnibus mala, pro quibus illos nunc paenitet, amputes et a te procul efficias, nec ad augmentum poenae illorum etiam ipsa praue factis insistas. Grauantur enim priores nostri, cum nos eorum contra diuina praecepta insistimus factis : ergo dum illorum facta corrigimus, deum illis ad misericordiam prouocamus. — Le passage est intéressant, au point de vue des idées qui avaient cours sur le sort des trépassés dans les milieux ecclésiastiques de Rome au Ve siècle.

Digitized by Google

en donnant à chacun un titre particulier, un peu comme dans les Extraits d'auteurs chrétiens à l'usage des écoles.

LES COMPAGNES DE GREGORIA AU JOUR DU JUGEMENT (ch. 2).

Illic tecum erit omnis caterua matronarum : tecum Sarra patientissima, tecum Rebecca mitissima, tecum Rachel sanctissima, tecum Asenec castissimi patriarchae coniux, tecum Seffora uxor confabulatoris dei, tecum Debbora uictrix superbiae, tecum Iahel caput diaboli perforans, tecum Iudith inimicum interficiens castitatis : tecum pergit Anna uidentis deum mater, tecum Sunamitis hospitalitatis gloriam perceptura, tecum Anna filia Fanuelis [1], quae saluatorem prima cognouit, tecum Magdalene [2], tecum Martha... [3]. Ecce quas sorores tibi superna generositas fecit : ecce quarum comitatu matronalis gloria comitatur : ecce qua instantia iugis nobilitas defensatur.

L'EXEMPLE DES SAINTES FEMMES MARTYRES (ch. 5).

Sed concedam te illarum posse coniugum inueniri participem, quarum passiones et gesta euidentia testantur scripta : cur ergo parua non sufferas, quae te magna posse sufferre confidis? Quas contra tyrannorum acies inuicte pugnasse, quasque uniuersa certa es risisse supplicia, quas florido sui cruore sanguinis coronatas sedes credis caelorum intrasse. Et ut ex multis paucarum, et ex innumerabilibus saltim trium aut quattuor faciam mentionem, tuum mihi, o sancta Anastasia [4], satis deo carum licet breuiter est commemorandum exemplum. Inlustris in saeculo, apud deum curasti esse inlustrior, cum pretiosiora obtinuisti in moribus, quam contempsisti in rebus ; immo et morum censum obtinuisse te credimus, et facultates atque praedia non perdidisse, sed cum domino commutasse, receptura centuplum, et aeternam uitam pariter susceptura. Quanta putas tolerantia maritalem iniuriam temperabas, quae ita crudelitatem tyranni tranquillo animo pertulisti, ut post uerbera carnificum [5] postque uniuersa supplicia gratanter etiam

1. Le manuscrit de Reichenau porte : *tecum Anna* SALVATORIS AVIA ET *filia Fanuelis* ; mais il n'y a guère de doute que les trois mots qu'il donne en plus ne constituent une interpolation.

2. Remarquer cette façon de présenter Madeleine comme un des modèles de la matrone chrétienne. Le Pseudo-Jérôme sur S. Marc — un ecclésiastique romain du Ve siècle, lui aussi — écrit de son côté : « Sicut non excluditur muliebris sexus a salute per Mariam uirginem, ita non repellitur a mysterio crucis scientiae et resurrectionis per *uiduam Mariam Magdalenam et ceteras matres* » (Migne, 30, 640 B).

3. Marthe aussi est pour notre auteur une femme mariée, non une vierge, titre qui lui revient depuis le bas moyen âge dans la liturgie officielle de l'Église.

4. Il ressort de ce passage que le culte de la martyre de Sirmium était déjà célèbre à Rome vers le temps de S. Léon : sa fête y coïncidait dès lors avec celle de la naissance du Sauveur. Elle était, du reste, titulaire de la basilique située au pied du Palatin, où habitait Gregoria. La théorie savamment échafaudée par H. Grisar (*Analecta romana*, I, 595-610), d'après laquelle l'église de Sainte-Anastasie aurait été à l'origine une simple imitation de l'*Anastasis* de Jérusalem et de Constantinople, n'a point réussi jusqu'à présent à entraîner ma conviction.

5. On se rappelle involontairement le début d'un des répons de l'office romain des martyrs « *Verbera carnificum* non timuerunt sancti dei ». Je montrerai ailleurs que l'auteur de la lettre à Gregoria présente à chaque page des échos semblables des formules liturgiques de la liturgie latine du Ve siècle.

Digitized by Google

te assari permitteres? O decus christianarum omnium matronarum, quomodo putas pro amore iustitiae contempsit fortiter quod libebat, quae tam libenter pro amore Christi perferre uoluit quod dolebat? Quantae putas plebeia sorte progenitae coniuges hoc intuitu corporeas minas et saeuientes tyrannos non pallentes metu sed alacres in domino deriserunt, cum te inlustrem et delicatam pro defensione honestatis et fidei constanter uniuersa despexisse tormentorum genera conspexerunt? Merito te illo die caelos fecit Christus intrare, quo ipse descendit ad terras, et natalem passionis tuae cum suae adsumptionis natiuitate esse permisit : quia quod ille omnibus praestitit nascendo, tu multis patiendo praestasti. Et sicut ille contempta maiestate formam serui suscepit, ut nobis omnibus subueniret ; ita ipsa contempta nobilitatis gloria ignominiam suscepisti personae, ut imitabilis esses, et ut christianis omnibus patientiae dares exemplum, tam pro passione tua quam pro aedificatione omnium matronarum perpetuam gloriam susceptura.

Quid uos commemorem, inclitae matres, quae licet diuerso tempore diuersisque suppliciis cum septenis filiis diuersa tyrannorum imperia subiugastis? Te Palestina prouincia Maccabeam tenet : te quoque Symforusam cum septem germanis tuo aluo editis Tiburtina ciuitas ueneratur et suscipit: urbs Roma ueram te Felicitatem debita laude debitisque honoribus cumulat, o uera Felicitas et magistra omnium fidelium matronarum [1]. Quae putas exempli uestri glorioso respectu unam animam suam pro amore Christi perdere timuisse credendae sunt, quando uos cum tot dulcedinibus filiorum cernerent pro defensione iustitiae ad mortem usque in diuersa supplicia sine aliqua trepidatione pugnasse? Nulla uos uestra, nulla infantum cruciamenta turbarunt : laetissimos, cum torquerentur, filiis uestris ostendistis uultus, ne, dum uos flentes aspicerent, animum flecterent ad dolorem. Erat enim in arbitrio nolle torqueri, ubi sola uoluntas a tortore flagitabatur iniusto.

Vos ergo quaecumque haec audistis et creditis, o beatissimae christianorum coniuges maritorum, coniuges christianae, quam insigne decus haec uobis ex gemmis suarum circumferunt passionum, cum pares uestras, uxores scilicet, sidereas cum filiis cernatis sedes ingressas, omnibus sine dubio locum feminis in coniugio positis paraturas! Harum uos pedisequae illuc intrare poteritis, ubi illas creditis introisse.

LES ÉPOUX QUERELLEURS DE PALESTINE (ch. 8).

Legimus quosdam apud Palestinam tali quondam exitu interisse. Dum saepius eadem inter se coniuges uterentur uerba conuicii, et panem, in quo deus mysterii sui summam instituit, in conuiuio mutuis iniuriis accensi iactarent, apparuit eis, inquit, quidam ignitum gladium tenens, quos prius quam percuteret tali adfatus est uerbo : « Vos, inquit, non ulterius inritetis deum, quem cottidianum panem ad hoc poscitis, ut iram diabolicam sagi-

1. Cette martyre était en grand honneur à Rome au Ve siècle, comme l'attestent, et sa crypte sépulcrale de la voie Salaria, décorée par le pape Boniface Ier, et l'oratoire si intéressant découvert en 1812 près des thermes de Trajan, avec l'inscription absidale : FELICITAS CVLTRIX ROMANARVM.

Digitized by Google

netis ; haec uos ultio diuina comitatur, ut isto gladio pereatis ». Omnium aures omniumque sopiti sunt oculi : duo haec ipsi tantum uidere et audire potuerunt, qui ignito uerberati sunt ense. Occulta omnibus plaga, sed poena fuit omnibus manifesta. Uno in doloribus superuiuere mense permissi sunt : quibus uix episcopus Seleuciae ciuitatis rogatus paenitentiam tradidit, tale iudicans facinus, cui deberet pietas paenitentiae denegari, nisi etiam a multis hac inclinatus esset ratione, qua diceretur ad hoc parui temporis concessa eis uitae laxatio, ne in totum miseri punirentur. Audite quantum facinoris conciliet iracundia, audite quantum impietatis crimen admittat : et audite et cauete, o quibus istud malum non in crimine est, sed in usu. Ante diem iudicii iudicis caesi sunt gladio, et ante retributionis tempus sui paenam recipiunt facti. Clamant quodammodo iam defuncti, et nostra omnium ora testantur : Nolite, aiunt, talia facere, ne talia patiamini. Vides quia per unum potuerunt ambo saluari : uides quantum potuisset sibi ilico felicitatis aduehere, si irascentem uirum suum patientia debita delinisset, et quem iracundiae nodo inimicus artauerat, illa amplexu legitimorum blandimentorum soluisset.

LES SUGGESTIONS DE L'AVARICE (ch. 12).

Aspice iterum ad digitum meum : ostendam enim tibi alium contra auaritiae cuneum dimicantem. Quot enim telorum ictu licet tecta clipeo eius latera feriantur, ausculta. « Quid casso certamine tuis inimicus efficeris lucris, et largitate nimia tuis amicus esse uis detrimentis ? Te omnes homines, te uniuersi sublimes et humiles, te ipsi antistites dei tantum uenerabuntur et praeferre poterunt, quantum nummatus, non quantum sanctus esse potueris. Quid temetipsum potestate extenuas, et in praedam tuis opibus cedis ? Quid enim aliud tibi fuisset hostis factura manus, quam id quod propria inrogat ? Sint magis in sacculo signatae pecuniae, sint integra in horreis frugum semina, non uilissimis expendenda personis, sed agris fecundissimis committenda ; intacta sint atque in pontonibus uina uetusta extrinsecus praenotata consulibus, quorum mercator odoribus affectatus ad effundendam tibi pecuniam prouocetur. Ridiculum non est, fruges tuas mensulis expendere pauperum, et exuberantiam olei tui mendicorum lucernulis erogare ? Aduersi considerandi sunt casus, qui praecipiti rotatu consuerunt reuolutare fortunam ; ducatum exhibere solent ad alterum uolenti migrare fortunae ». Audiuimus uerberantium ictus daemonum : audiamus nunc boni militis resultantem umbonem.

ÉLOGE DE LA PATIENCE (ch. 16).

Sileant, sileant inter arma sermones : ego ad regem meum uictoriosissimum quousque perueniam, patientiam non dimittam : ipsa mihi ostendet securitatis urbem, ipsa me regis quem desidero repraesentet aspectibus. Cum iniuriam apud eum deposuero, uindex est : cum damnum ostendero, restaurator est : si uulnus ostendero, medicus est : si tribulationes indicauero, consolator est [1]. O quantum patientiae licet, ut deum habeat defenso-

1. Comparer la facture de cette phrase des Actes de Ste Agnès, dans l'un des répons de son office : « quem cum amauero, casta sum : cum tetigero, munda sum : eum accepero, uirgo sum ».

Digitized by Google

rem ! Nec inmerito : omnia enim opera eius tuetur, omnibusque eius uirtutibus interest : pacem munit, fidem regit, pellit scandala, caritatem adsignat, seruat in castitate coniugia, uirginitatem deo dicatam exhilarat, uiduitatem sustentat, deo seruientes adiuuat, coniuges uegetat continentes, sacerdotes dei ornat, martyres quoque Christi conroborat : adsignat fidem, amicum confirmat, tristem consolatur, infirmum confortat, egentem sustentat. Haec amatur in pueris, laudatur in uiris, ueneratur in senibus, magnificatur in feminis : in omni honore, in omni sexu, in omni aetate formosa est : diuitem communicat, pauperem subleuat, cadentem sustentat.

OBLIGATION POUR TOUT CHRÉTIEN DE S'APPLIQUER A LA LECTURE DE L'ÉVANGILE (ch. 17).

Nulla te excusat matronalis necessitas : *Si uis ad uitam uenire, serua mandata.* Haec Christi uox est, non cuiuscumque quae possit mentiri personae. Dic mihi, dulcis filia, numquid, quia sub marito es posita, non uis uenire ad uitam ? Vis sine dubio. Si ergo uis uenire ad uitam, serua mandata. Dicas forsitan : Volo scire quae mandata sint. Nullus te seducat inanibus uerbis : hic est quod satis uerum audias, quod nulla aut adulationis aut eloquentiae nube sit tectum. Vis ergo ad uitam uenire, et ideo uis seruare mandata. Ostendam tibi amicos uitae : ipsi tibi consilium, ipsi tibi eius uoluntatem insinuent, ipsi euidenter te mera, sicut ex ore Christi egressa sunt, facient scire mandata. Nullus Matthaeo melius nouit, nullus Iohanne praestantius ; hos e uestigio secutus est Lucas, hos Marcus penitus non fefellit [1]. Hi sunt quattuor testes uitae : illic inuenies mandata, quae te seruare necesse est. Sileat humani pompa sermonis : illic auribus aerem caedentes sonamus, ubi uox diuina non loquitur : hic de uitae ratione tractandum est. Ipsam tibi uitam ausculta mandata dictantem. Nolo in hoc opusculo aut ordinem aut numerum mandatorum inquiras : ad hoc nos currimus hactenus, ut in suis opusculis ueritas, non in uerbis cognoscatur humanis. Ipsum itaque deum et dominum Iesum Christum in opusculis suis lege. Nullus te seducat inanibus argumentis. Si uis ad uitam peruenire. lege scripta quattuor testium : nihil illi suum, totum Christi est, quod loquuntur.

DEVOIRS A L'ÉGARD DES SERVITEURS (ch. 19).

Considera diligenter et perspice tuam circa seruulos aequitatem, et diligenti examinatione, tamquam quae deo te reddituram non dubites rationem, discute te ipsam, quid in illo laudaueris, quid in illo punieris, quid in isto dilexeris, quid in illo horrueris. Si enim ipsi Christo testanti fidem adcommodas, quod de otioso quoque sermone in die iudicii redditura sis rationem : cur de anima hominis te praeteriri censeas, pro qua suum Christus sanguinem fudit ? Aut non uides, quod nihil in te amplius diligat praeter mores, nec natalibus tuis deferens aliter te, aliter illum ad se uenire permittat ? Aequaliter cum illo salutatorium ecclesiae matris ingrederis : una te atque illum uoce pater Christus adfatur : uno eodemque diuini semini-

1. On pourrait conclure de ces paroles, que l'auteur se servait d'une bible où les quatre évangiles se suivaient dans l'ordre dit occidental : Mathieu, Jean, Luc, Marc.

Digitized by Google

calore conceptus est, uno eodemque partu matris ecclesiae generatus : simul tecum conuiua ad regem ingreditur, simul tecum amicus appellatur... Istum, quem tibi seruum fecit humana condicio, fratrem fecit secunda natiuitas. Aut si non curas hoc quod renatus est, quia parum credis, hoc saltim quod natus est cura, quia non parum sentis. Cur ea quae pati non praeuales inrogas, et inponis honus quod fere non potes ? Flentem despicis, contra gementem insuper saeuis, esurientem inrides, ad laborem iterum reapplicas fessum, canitiem adnullas senis ; et in his omnibus ius seruitutis exaggeras. Haec istos omnia mereri adseras noui : doce ergo iustitiam, ne talia mereantur... Cur effrenatis moribus intra domum tuam seruulorum coalescat infantia, et quaeras in ueteribus quod in rudibus contempsisti ? Trade in teneris aetatibus positis quod te in posterum beatam efficiat... Difficile ab illis iustitiam exiges, qui illam penitus non habent : haberent enim, si eam cum essent paruuli suscepissent. Aliud est, si hominem hebraeum repente cogas in graeco prorumpere, aut graecum conpellas subito latine tractare ?... Et ubi est, quod clamamus ad deum : *Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit ?* Au forte ad te deus pietatem diligit, ad seruum autem tuum aequitatem amplectitur ?... Saepissime ergo indulgentiam tuam, saepissime remissionem peccatorum tuis seruis ostende : quia et tuus dominus suo ipsius testimonio te curauit scire, quia, in quo iudicio iudicaueris, in eo tibi iudicabitur, et in qua mensura mensus fueris, tibi quoque in eadem metietur. Istam domini sententiam, o homo, si tota fidelitate susciperes, numquam diuerso plagarum genere delinquentes seruulos macerares. Inde est quod ille plagis fatigatur, ille abicitur, ille exiliatur, ille eliminatur, ille a facie omnino proicitur, ille grauiori iugo traditur seruitutis : et post haec maledicens tibi tu ipse tuum postulas dominum, ut ea tibi condicione tua dimittat debita, qua ipse tuo dimiseris seruo !

SOIN EXAGÉRÉ DU CORPS AU DÉTRIMENT DE L'AME (ch. 20).

Dixi iam, idemque nunc repeto : mihi crede, nobilior satis est anima corpore. Est enim anima caelesti stirpe progenita, ad quam deus loquitur, dicens : *Audi filia, et uide.* Nec inmerito filiam uocat, quam suae condidit aeternitati participem, et deam quodammodo corporis fecit ; cui semen e caelo est, cuius deo imago consimilis, et angelica omnis compago membrorum. Est autem corporis nobilitas uana, cuius semen ex uitio, ex pollutione propago, ex sorde substantia, ex fece nata lubricae uoluptatis ; quam partus dolentis excipit, et gemitus letalis effundit. Cum fletu uenit suo, cum dolore uenit alieno ; cum doloribus recedit suis, cum fletibus alienis. Interea medio inter ortum occasumque sui spatio diuersis casibus circumdata adfligit et adfligitur, ridetur et ridet, caedit et uapulat, expoliatur et nudat : nunc amarum sapit disciplina in infantia, nunc iuueni dulcis est ruina peccati : sanctitatem sibi gloriatur eripi, laetatur quando seducitur, et ultro ad uincula festinat peruenire peccati : parui temporis uita perpetuae mortis detrimenta mercatur, et aeterni temporis amaritudinem ad unius horae cupit dulcedinem commutare. Talia sunt huius corporis feculenta conmercia, talia dati acceptique negotia, ut detur unius horae laetitia, et

Digitized by Google

accipiatur numquam omnino finienda tristitia. Et, pro dolor! pro hoc solum nos putantes a deo factos, ut carnis desideriis die noctuque persistamus, et auiditate delectationum eius ducti nulla animae detrimenta sentiamus, huic, ne algorem hiemis sentiat, uestes calidas, ne aestuetur, frigidas praeparamus aestate : huic, ne esuriat, cibum, ne sitiat, potum congregamus : huic, ne tristetur, laeta, ne anxietur, iucunda praeparamus : huic domus construuntur aureis laqueariibus radiantes, pretiosis ornatae marmoribus, et perpetuis pictae miraculis : huic supellex uaria, huic uasa construuntur argentea : huic alitum pecudumque copiae aptantur et piscium : huic florum temperata sucis fragrantia uina funduntur : huic nemora pomis, huic pampina uuis, huic quidquid pulchrum est procuramus aspectibus, quidquid canorum auribus, quidquid dulce faucibus, quidquid fragrans odoribus expetenter adferimus ; et, me miserum! ipsam animam nostram huius ipsius dominio uindicantes, cuius domina facta est, nihil eam aliud cogitare permittimus, nisi quod usus corporis imperarit. Quid putas dicturos nos esse in conspectu dei confidimus?... Credo nos dicturos fore : Nescimus te, domine esse : prophetas non misisti, legem saeculo non dedisti, patriarchas non uidimus, sanctorum exempla non legimus, filius tuus in terris non fuit, Petrus tacuit, Paulus noluit praedicare, euangelista non docuit : martyres non fuerunt, quorum exempla sequeremur : futurum iudicium tuum nemo praedixit, uestiri pauperem nemo mandauit, cohiberi libidinem nemo persuasit : inscientia lapsi sumus, ignoratione peccauimus, meremur ueniam pro his quae peccauimus nescientes. Sed fortasse annorum nos numerositas ad has adduxerit clades?... Quid putas, tam longi anni erunt, ut cito non transeant?... Hesterno die coronatus rosis, ac floribus circumdatus, radians auro, ac gemmis splendens, ad totius saeculi laudem rex, ut putatur, gloriosus processit : ecce hodie mortuus uidebitur penitus non fuisse... Sed esto nos per trecentorum annorum spatia posse subsistere quale est, quaeso, quod fine deletur?

EXHORTATION FINALE
A RÉALISER L'IDÉAL DE LA FEMME CHRÉTIENNE (ch. 25).

Progredere cottidie, et de die in diem in sanctis honoribus cresce : ueritas te caram suam uocet, castitas te sororem appellet, mater tibi sit grauitas, sapientia te sibi germanam existimet, cognata tibi sit pietas, misericordia te amicam adnuntiet, regnet in te fides, spes te et caritas comitentur. His agminibus generosa erigere, et sanctam quodammodo superbiam gerens harum te esse sociam gloriare. Gaude quod inter caecos uideas, inter languidos sana sis, inter mortuos uiuas : per quae nomen tuum in libro uitae conscriptum est. Multorum enim bono in te suum dominus lumen effudit, quod per tua uniuersa membra diffusum te ab huius mundi tenebris separat, et facit te omnibus diuersas exhibere uirtutes. Habet te denique ante omnia Christus ancillam, cultricem ecclesia, maritus dulcissimam, filii magistram, parentes carissimam, amicae praestantissimam, famulae rectricem, uiduae nutricem, orphani matrem, tristes laetificantem, anxii consolantem, miseri misericordem, pauperi praesidium, oppressi repugnaculum, fessi requiem, cadentes baculum, laborantes adiutorium ;

Digitized by Google

atque omnium per omnia humanitate coniuncta suffragiis erigeris, Christi et angelorum sociata consortiis totum simul despicis mundum cito cum suis amatoribus periturum ; iam, quem plus quam maritum diligis, cum ipso marito conplecteris, dominum scilicet Iesum Christum : qui te atque illum plena felicitate in suo amore conroboret, ut et hic in praesenti laetemini uniuersarum uos culparum reatum euasisse, et illic uos gaudeatis gloriam inuenisse perpetuam.

Ces quelques morceaux détachés suffiront à faire voir qu'Isidore de Séville avait bien raison de qualifier d'*opus insigne* le traité pris par lui pour l'œuvre de Chrysostome : en dépit de certains défauts de style inévitables, ces pages méritent de prendre rang parmi les plus bienfaisantes productions des moralistes chrétiens des premiers siècles.

***

Quiconque possède si peu que ce soit de sens critique aura tout de suite reconnu que le *Libellus ad Gregoriam* n'est pas de Jean Chrysostome. L'auteur ne peut être qu'un latin : il suffit, pour s'en convaincre, d'observer que notre auteur cite Térence [1], qu'il semble déjà connaître le *Te Deum* [2], qu'il affectionne divers jeux de mots qui n'ont guère de sens qu'en latin [3], enfin qu'il témoigne d'une dévotion particulière envers les grandes martyres spécialement honorées à Rome au Ve siècle, Ste Anastasie et Ste Félicité. On dirait même qu'il a vu l'empereur romain s'agenouiller au tombeau de s. Pierre [4].

Et cet auteur latin n'est autre qu'Arnobe le Jeune : en fournir la preuve sera l'objet principal de cette seconde partie de mon travail.

Commençons par remarquer la présence de trois ou quatre expressions déjà signalées dans l'étude précédente, comme caractéristiques de la manière d'Arnobe :

---

1. C. 11 : Quid odia in te hominum conuertis insanus ? *Veritas odium parit* (Terent. *Andr.* I. 1, 41).

2. C. 2 : adplica aduocatos apostolos, *martyrum* quoque intersere *candidatum exercitum*.

3. C. 5 : contempsit fortiter *quod libebat*..., perferre uoluit *quod dolebat* ; c. 13 Nouum sibi mutuandi genus adinuenit argumentosa *mendicitas*... O non ferendum *mendacitatis* articulum : c. 12 uerum meis opibus amorem ostendam, cum meas me diuitias *praeire* fecero, non *perire*.

4. C. 12 : Videte quid meruerint piscatores recipere gloriae, quid imperatores ignominiae. Quae putas animabus eorum uiuentibus ab angelis gloria exhibetur in caelis, quorum corporibus mortuis tanta dignitas famulatur in terris, *cum ad memoriam piscatoris curuantur genua imperatoris ?* — Comp. le sermon sur la Chaire de s. Pierre, prononcé dans une circonstance analogue. *Revue Bénéd.* t. XIII (1896), p. 344 sq.

Digitized by Google

PSEUDO-CHRYSOST.	ARNOBE
... latera feriantur, *ausculta*; uitam *ausculta* mandata dictantem ; Christum clamantem *ausculta*	Psal. et Conflict. ci-dessus (*Rev. Bénéd.*, XXVI) p. 422 ; Praedest. p. 429 sq.
... quatenus maritalis licentiam potestatis *dispunxerit*	Praed. ibid. p. 426.
infidelitatis *adminiculo* subleuari ; in *adminiculo* auaritiae ; ad *adminiculum* auaritiae	Psal. et Conflict. p. 421 ; Praedest. p. 426.
Et *si ita est, immo quia ita est*...	Psal. Confl. et Praed. p. 427 sq.

En voici quelques autres, que notre ἀνέκδοτον vient à son tour mettre en relief :

morum omnium bonorum *pedisequa* ; harum uos *pedisequae* illuc intrare poteritis	Psal. (Migne 53) 493 B : huius nos *pedisequi*... ; 526 B martyrum *pedisequum*
tunc te exclama *summi regis filiam*...; sequor patientiam, *filiam summi* dei	Praed. 658 D : est etiam (gratia) *summi regis filia* ; 659 B illa *summi* imperii *filia*
ad regem meum *uictoriosissimum* quousque perueniam	Praed. 646 A : semper enim ipse *uictoriosissimus* fuit ; 661 D corpus suum *uictoriosissimum*
oculis *iugalibus*	Praed. 670 B : odiis *iugalibus*
... humanae, *an* diuinae ? *Si* humanae, *conuinceris ; si* diuinae, uicisti	Praed. 652 D : Carnalis erat uir iste, *an* spiritalis ? *Si* dixeritis carnalis, *conuincemini*... ; *si* consenseritis quod spiritalis...
Age nunc... petracta	Psal. 563 B : *Age nunc*, tolle te
iurisperiti Pauli responsa [1]	Praed. 634 C : Apostolus autem (Paulus) *legisperitus* noster
diabolus ingemescit *rex uitiorum* : cunctorum *criminum praesuli* et aduersario uirtutum ; adtende ipsum *principem uitiorum*	Psal. 368 C : coram *principe uitiorum* ; 554 A *principes uitiorum* et *criminum* ; 543 A ut ergo *domino uitiorum* eripiamur ; 494 A *principem malitiae*
ueritas te *caram* suam uocet... *misericordia* te *amicam* adnuntiet	Psal. 409 A : *misericordiam* et *ueritatem* instanter inquire ; et posteaquam eas *caras amicas*... possederis
Sic enim cunctis speciebus uirtutum uitiorum ponitur nomen, ut fidelis *uanus*... uocetur	Psal. 371 B : *uanam* exprobrantes animam tuam, dicentes ei : *Vanum* est quod oras, quod ieiunas, quod mundum contemnis. Unde et pro-

1. Cf. le titre de *iuris consultus* donné à s. Paul par Venance Fortunat, et une note intéressante à ce sujet, par Eb. Nestle, dans la *Zeitsch. f. d. neutest. Wissenschaft*, X (1909), p. 177.

Digitized by Google

PSEUDO-CHRYSOST.	ARNOBE
	pheta hoc ipsum increpat, dicens : « Ideo, ait, plaga super Israël multiplicata est, quia dixerunt : *Vanus* est qui timet deum ».
patientia diuitem *communicat*, pauperem subleuat	Psal. 401 C : qui simul mecum dulces *communicas* cibos in mensa mysterii

De part et d'autre, nous constatons l'emploi non motivé du superlatif et des diminutifs, des exclamations fréquentes, puis certains substantifs terminés en *edo*, *udo*, des verbes en *escere*. En fait d'irrégularités proprement dites, nous trouvons des verbes neutres devenus actifs, des formes actives changées en déponentes, des verbes de telle conjugaison avec des futurs empruntés à une autre, etc. Voici quelques échantillons :

sacrilega irae *nigredine* nubilatus	Psal. 418 B : *nigredo* peccatorum ; 426 B *nigredinis* circumdati perfidia ; 431 B pro ipsa *nigredinis* perfidia ; 470 D prae *nigredine* obscurus est... obscuritas *nigredinem* geminat... duplicatam *nigredinem* peccatorum ; 562 B in *nigredine* idololatriae permanentes
Quam exaestuans *paenitudo* tunc erit	Psal. 362 D : *paenitudinem* suam lacrimis amoris ostenderit
uidentur in *altidudinem* ambulantes ecclesiae, sed sunt in inferioribus inferis commorantes	Psal. 427 A : floriet in *altitudinibus* apostolorum... ergo in illa *altitudine* laudata floriet fenum
et *pauperescere et ditari*	Psal. 364 B : *pauperescunt* uires eius
si animi *pulchrescat* aspectu ; et ipsi *pulchrescimus ;* quarumque *pulchrescas* alloquio	Psal. 539 C : ipsorum nobis solus *pulchrescat* aspectus
iumenta, quibus illuc meas possim *diuitias transmigrare*	Praed. 667 C : quae apostolus de mundi istius gaudiis dicit..., uos *ea* ad diuina mysteria *transmigrastis*
docet te qualiter *certeris* et uincas	Praed. 664 B : Non tecum hic ego *concertor*

Ensuite, ce sont quelques aphorismes qui semblent avoir été particulièrement chers à l'auteur, et qui se retrouvent presque dans les mêmes termes chez Arnobe comme chez notre Pseudo-Chrysostome, par exemple :

Digitized by Google

PSEUDO-CHRYSOST.	ARNOBE
seruire enim *famam* uoluit, *non imperare*, *uirtuti*	Psal. 493 D : Sentiat se propositi tui *fama* esse ancillam, et eam compelle *seruire magis quam imperare uirtuti*
Ideo hoc loco animae facimus mentionem, ne sexus fragilior putet sibi pugnae huius minime necessitatem incumbere, cum anima... *non sexu discernitur*, sed sola bona uel mala uoluntate ; cessat ad hanc omnis *sexus*, omnis aetas, omnisque conditio	Psal. 447 C : « Beatus uir qui sperat in te ». Vir cum dixeris, *non sexum discreuisti*, sed mentem. Femina enim uirum aget uirtutum amatrix (je corrige ainsi l'inintelligible «. Amat rex » du texte édité) ; quae iure uir dicitur, cum uitia, quae feminam etiam uirum faciunt, animi sui credulitate prostrauerit

Et ceux-ci, qui reviennent dans des séries de sentences où le parallélisme — pour ne point dire l'identité, — de pensée et d'expression va toujours s'accentuant davantage :

Vide ergo ubi possis inquirere uoluntatem dei : nisi enim illam scieris, penitus inplere non poteris. *Maius est* quidem *uoluntatem dei facere quam nosse*, sed *prius est nosse quam facere : illud merito praecedit, hoc ordine. Fieri enim potest, ut obsequendi uoto offendas*, si *qualiter obsequi debeas ante non discas.*	Psal. 508 D : et quis domini sui iussa custodit, quae custodire non poterit nisi ante didicerit... ? Et sicut *maius est uoluntatem dei facere quam nosse*, ita *prius est nosse quam facere. Illud merito procedit, hoc ordine.* Et *fieri potest, ut obsequendi uoto offendat*, qui *qualiter obsequi debeat ante non didicit* ; 359 C Legem pone mihi in uia tua : ostende mihi quid uelis, quid nolis... *Fieri enim poterit, ut obsequendi uoto offendam, si qualiter debeam ante non discam.* (Cf. Praed. 644 D : *Maior quidem est* gratia dei quam uoluntas hominis, *sed prior est* uoluntas hoc loco quam gratia : *illa merito praecedit, haec ordine*).
Et sanctus spiritus . *Nisi quis*, ait, *didicerit iustitiam super terram, ueritatem non faciet.* In ipso quoque psalmorum principio illi soli *beatitudo* infertur, *qui in lege domini meditatur die ac nocte.* Et *beatus* inmaculatus adseritur, *qui scrutatur testimonia eius, et in toto corde exquirit ea.*	Psal. 508 D : dicente sancto spiritu per prophetam : *Nisi quis didicerit iustitam super terram, ueritatem non faciet.* Psal. 508 A : Sicut enim in primo psalmo *beatus est qui in lege domini meditabitur die ac nocte...*, *beatus* e. perfectus esse non poteris, nisi *scrutatus fueris testimonia eius, et in toto corde exquiras eum* (pour *ea* ?)
Caue ne illarum te quoque addas	Psal. 508 B sq. : Noui isto loco

Digitized by Google

PSEUDO-CHRYSOST.	ARNOBE.
numero, quae neglegentiae ueneno languentes diuinis dapibus fastidiosum pectus opponunt. Istae namque *multas* consentientes sibi hac arte decipiunt, ut se per speciem *simplicitatis* excusent. Nihil, aiunt, melius quam *simpliciter* se unumquemque christianum adserere. Dic mihi, huius sententiae commentatrix, quid est tam *simplex*, quam ut domini tui ad te litteras destinatas agnoscas... Quid tam *simplex*, quid tam uerum, quid tam innocens, nisi ut... circa tui te praecepta exerceas redemptoris? Econtrario quid tam dolosum, quid tam *non simplex*, sed et callidum et *astutum*, ut nollis nosse, ne facias? *Contemptos* apices tuos...	*multos* dicere: Ergo *simplices* non uidebunt regnum dei, qui scrutari ista non possunt? Audi, carissime:... uenis ad mandata dei, et tolles te, et dices: *Nihil melius* nisi *simpliciter* uiuere. Ergone *astutia* ex *contemptu* concepta *simpliciter* uiuit?
Credisne ita te tuum opificem condidisse, ut faceret in te unde homo hominis perficeres uoluntatem, et non faceret unde eius possit uoluntas inpleri?... faceret unde *fieret uoluntas diaboli*, et non faceret unde *fieret uoluntas dei?*	Praed. 656 B: Si potest homo uelle quod deus non uult, quanto magis potest homo uelle quod deus uult?... Si potuit homo deo nolente *implere uoluntatem diaboli*, quanto magis potest deo uolente *implere uoluntatem dei?* Cf. Psal. 545 C.
Dicendo igitur « Omnis qui petit accipit » nullius petitionem recusauit, sed omnes petere uoluit, qui *uult omnibus dare*.	Praed. 648 C: Ille itaque, qui donat eleemosynam, *uult omnibus dare*, siquidem hic noster largitor gratiae clamat cotidie: « Venite ad me omnes ». Et iterum: « Petite, et accipietis ».
Malae enim *essent nuptiae*, si absque praeuaricatione praeceptorum dei esse non possent... Postremo nunc in nostro tempore qua ratione *per sacerdotes suos nuptiarum sanctificaret copulam* Christus, si illam sciret praeceptis suis in tantum inimicam, ut prohiberet uolentes sua iussa conplere? Aut qua ratione sibi deus *filios in coniugio positos adoptaret secundae regenerationis mysterio*, si eos hoc praepeditos uinculo ad suum uideret regnum properare non posse?	Praed. 670 A: Aut bona est generatio hominis, et bona est concupiscentia; aut *malae sunt nuptiae*, et iniqua concupiscentia. Emendate ergo ecclesiae regulam: damnate qui in toto orbe sunt *sacerdotes nuptiarum initia benedicentes*, consecrantes, et in dei mysteriis sociantes; 671 B Et ideo *in baptizatis etiam* ipsa benedicitur, non fugatur, et ornatur magis quam tollitur. Qui enim fontem aquae perennis nunc benedixit, ut renasceremur spiritualiter, ipse tunc benedixit coniuges, ut carnaliter nasceremur.

Digitized by Google

PSEUDO-CHRYSOST.	ARNOBE.
anima uniformi conpositione constructa atque ex inuisibili aedificata materia... anima, cuius deo imago consimilis, et angelica omnis compago membrorum.	Confl. 277 A : Serapion dixit Ergo et anima hominis corporea est ? — Arnobius dixit : Quidquid tangit et tangitur, et in loco aliquo continetur, corpus esse non dubium est. Cum ergo et intrare animam corpus, et habitare in corpore, et exire e corpore doceatur, quomodo non corporea esse dinoscitur ? — Psal. 437 B : Haec ideo diximus, ut ostendamus omnia quae in caelo et quae in terra sunt, inuisibilia atque uisibilia... et per compaginem suae qualitatis subsistere, quia solus deus incorporeus est
Oro uos, o beatissimae omnium feminarum, qua arte aut quo aditu ad penetralia tantae maiestatis uester accesserit gradus... ? Ad haec audies uno ore omnium istum tibi dari responsum.	Psal. 462 B : Quaeso te, agonista fortissime, indica mihi, quo ordine hostium impetus euasisti ? Ad haec audi responsum.
Tu autem, mi domina,... secundi et quinquagesimi psalmi decanta uersiculum, dicens : *Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent : confusi sunt, quia deus spreuit eos.* Dic etiam cum Paulo apostolo : *Ego si uellem adhuc hominibus placere, Christi ancilla non essem.*	Psal. 399 D : *Deus autem dissipat ossa eorum qui hominibus placent.* Unde magister noster Paulus dicit : *Ego si adhuc uellem hominibus placere, Christi seruus non essem...* Qui autem illis placere uolunt, inquit, *confundentur, quia deus spreuit eos.*
Vide nunc *amatorem* patientiae pro *amore* eius aduersa omnia pro nihilo computantem. Trahitur patientia per damna rerum, per egestates atque exilia, et iste illam laetus sequitur : per contemptum *serui*, per proditionem *amici*, per amissionem pecuniae, per despectiones hominum, per calumniarum excidia, per discordias carorum, per inproperia parentum, per inopiam, per famem et sitim, per ipsa quoque diuersa supplicia patientia *currit* et *satagit*, et iste eam *amator* omnino non deserit.	Praed. 659 C : O homo, *ama* et accipe ; sed, si *amas*, factis ostende. Omnis, qui *amat*, uult, cupit, rogat, uigilat, *currit*, festinat, *satagit* per *amicos*, per notos, per familiares, per *seruos*, per se ipsum, opportune, importune, obsecrationibus, promissionibus, fixo pacto, integroque *amoris* indicio.

On pourrait allonger presque indéfiniment la liste de ces points

Digitized by Google

de contact[1] ; j'ai mieux aimé suivre le conseil que donnait ici même, en octobre 1908, M. le professeur Paul Léjay : « Deux ou trois rapprochements, bien solides, valent mieux qu'une poussière de détails discutables ». Que si quelqu'un était tenté d'expliquer par un vulgaire et continuel plagiat ces remarquables concordances de pensée et d'expression, je le prierais de lire d'abord et de relire les trois ouvrages déjà connus d'Arnobe de Jeune, conjointement avec le *Libellus ad Gregoriam*, quand le texte intégral de celui-ci aura été publié. Et alors, s'il est suffisamment outillé pour le maniement de la critique interne, il sera le premier à convenir de l'identité d'auteur ; sinon, qu'a-t-il à se mêler de ces sortes de problèmes extrêmement délicats ? Si je m'exprime sur ce point avec une telle assurance, c'est que le cas est ici de la dernière évidence : il n'y aura plus à revenir sur la thèse défendue au cours de ces deux articles. J'essaierai, la prochaine fois, d'esquisser dans un tableau d'ensemble la physionomie littéraire d'Arnobe, telle que nous la révèlent les traits multiples éparpillés au cours des quatre traités si curieux qui nous restent de lui.

D. G. MORIN

1. Notamment, en faisant ressortir la conformité habituelle des citations bibliques chez Arnobe avec celles du faux Chrysostome ; mais je me réserve d'en parler dans la troisième partie de cette étude.

Digitized by Google

THE CONTESTED LETTERS OF POPE LIBERIUS.

(Suite).

6. Which Sirmian formula is meant in *Pro deifico?*

LIKE many other critics, Mgr Duchesne thinks that *Pro deifico* represents Liberius as signing the harmless "first Sirmian formula" of 351. No doubt this is an excellent theory from an apologetic point of view, and no doubt the appended list of bishops suggests an early date, since one of them, Theodore of Heraclea (if he be meant), was dead before the exile of Liberius. But we at once meet with difficulties. How could this formula be expected to please the court party, which was about to enforce the Arianism of the second Sirmian formula? Why should it so rouse the wrath of the writer of the note *Perfidiam* and the anathemas, (doubtless one and the same individual)? Saltet, after Blondel, and Savio have both pointed out that the description of the formula appears to be taken from second Sirmian formula of the autumn of 357, the "blasphemia apud Sirmium per Osium et Potamium conscripta", which commences thus:

Cum nonnulla putaretur esse *de fide* disceptatio, diligenter omnia *apud Sirmium tractata sunt et discussa, praesentibus* sanctissimis *fratribus et coepiscopis nostris* Valente, Ursacio et Germinio et ceteris [1].

Compare *Pro deifico:*

Dignatus est pro sua beniuolentia *fidem* nostram et catholicam exponere, quae *Sirmio* a pluribus *fratribus et coepiscopis nostris tractata et exposita* et suscepta est ab omnibus qui *in praesenti* fuerunt.

If the likeness is accidental, it is a remarkable accident, for it looks as though it was intended that by this citation of the introduction we should recognize what formula is meant. But all possibility of accident is surely excluded, when we observe that a

1. The words *et ceteris* are omitted by accident in S. Hilary, *De Synodis* 11, but are found in Socrates, II 30, and in St. Athanasius, *Ep. de Synodis*, 28.

Digitized by Google

letter immediately follows addressed to *Ursacius, Valens and Germinius!*

I do not see how it can any longer be doubtful that the writer intended us to understand that Liberius signed the Arian second formula [1].

There is no authority whatever for making him sign the harmless formula of 351. It is quite inconceivable that in 357 he could have expected such a concession to satisfy Ursacius and Valens, Germinius, or the Emperor, and if the letters really represented him as expecting this, it would rather be a ground for supposing them to have been forged by a person who did not understand the situation.

As to the list of names in *Perfidiam autem*, I do not doubt that the forger made it up, and that he meant it for a list of very bad Arians [2].

---

1. It is true that Duchesne urges that Liberius fell as early as April 357, for the document which opens the *Collectio Avellana* "Quae gesta sunt inter Liberium et Felicem episcopos" represents Constantius at the time of his visit to Rome (April 28 — May 29, 357) as promising the Romans: "Habetis Liberium, qui qualis a uobis profectus est, melior reuertetur", and comments: "Hoc de consensu eius, quo manus perfidiae dederat, indicabat". Duchesne thinks this was written but eleven years later. Even so, it was easy for the writer to make the very small error of thinking that Liberius had fallen *(dederat)* a few months sooner than he did. But I shall show later on that the document was probably composed in 384-5, and that it is full of errors. There is no other authority for making Liberius fall at so early a date.

2. Where he found the materials for it, I cannot conjecture; though I have gone into it with some care. There is no positive reason for declaring it to be a genuine list of the prelates who condemned Photinus at Sirmium in 351.

Basil of Ancyra, who had been substituted for Marcellus, was the chief accuser of Marcellus's disciple Photinus. We do not know for certain the name of any other bishop present at the council of 351. Socrates and Sozomen give us this date, together with a list of bishops present: Mark of Arethusa, George of Alexandria, Basil of Ancyra, Pancratius of Pelusium, Hypatius of Heraclea, and from the West, Valens of Mursa, and (against his will) Hosius of Corduba. Now in 351 George was not yet bishop of Alexandria, and Theodore was still bishop of Heraclea. There is no reason for bringing Hosius to Sirmium until 357. The list is therefore out of place. The bishops in the list of *Perfidiam autem* may be identified as follows: Narcissus of Neronias in Cilicia, Theodore of Heraclea, Basil of Ancyra, Eudoxius of Germanicia, Demophilus of Beroea Cecropius of Laodicaea, Silvanus of Tarsus, Ursacius of Singidunum, Valens of Mursa, Evagrius of Mitylene or Seleucia, Irenaeus of Gaza or Tripolis, (unless Heremius of Thessalonica is meant); then follow four obviously Western names: Exsuperantius, Terentianus, Bassus, Gaudentius. Next Macedonius of Constantinople, Marcus of Arethusa (presumably), Atticus, perhaps a Western, as are the remainder, Julius, Surinus (Severinus?), Simplicius and Junior. Thus out of 22 names, 10 or 11 are Westerns. Now Hilary gives the formula of 351 as « Exemplum fidei Sirmio *ab Orientalibus* contra Photinum scriptae » (*De Syn.* 38), so Vigilius of Thapsus: « Ex toto Oriente » (*Adv. Eutych.* V, 3), and St. Athanasius talks of this assembly among simply Eastern councils (*De Syn.* 27); so the large Western element looks more like 357. But perhaps the forger made up the number out of several lists. Note that a Semiarian Severinus was at the council of Ancyra in 358, and a Severianus is again one of the Semiarians to whom Liberius wrote in 364 or 365. But the « Surinus » of the list stands among Wes-

Digitized by Google

7. The testimony of Sozomen.

There are in general few historians who get so little credence as Sozomen ; it is curious, therefore, that in the question of Pope Liberius he is usually treated as a first rate authority, doubtless because he appears to give a moderate and reasonable account of his fall. I propose to show that he has imprudently followed a fictitious story.

Savio, after Cinci and Jeep, has tried to prove that he is dependent here on Philostorgius. I cannot see that he has made his view probable.

Any resemblance there may be between Sozomen and the Arian historian is amply accounted for by my own theory. Duchesne believes Sozomen to be dependent on Sabinus the Macedonian. I think this may be regarded as sufficiently certain. It is extremely difficult to give a conclusive proof that Sozomen used the work of Sabinus directly, yet it is so very probable, that Jeep, Geppert and Batiffol are agreed upon the point [1]. In this particular case, Sozomen affords us information that no one else gives : If the information is true, it could scarcely have been missed by Sabinus, considering its nature ; if it is false, there is no one else so likely to have invented it. For the Macedonians were the same party as the Semiarians whom Basil led in 358.

Now Sozomen 's story has several points in it which appear to suit the year 357 rather than 358. He himself tells us that the rumour was set about by Eudoxius and the party of his protégé Aetius that Liberius had signed the formula of 357. It would seem that this rumour, which is vouched for by the forger of the letters and by Philostorgius, had come to the knowledge of Sabinus; he declared it to be an invention of Eudoxius, and altered the details of the story so as to make Liberius fully approve the Semiarian reaction which his own party brought about in 358. The indications that this is so are as follows :

1. The occurrence is placed not in 358 but on the return of Constantius from Rome to Sirmium. This would be exactly true, if it

---

tern bishops. Severianus is the name of one of the four African bishops whom Sozomen represents as signing the Semiarian formulas together with Liberius (IV. 15). He is probably the personage intended here, and identical with the African bishop Severianus who signed the decree of Sardica (ap. Athan. *Apol.* 50, p. 168).

LXXII. Ubi de pharisaeos loquitur ad turbas ut quae dicunt faciant, quae faciunt non faciant; et de magistro non uocando nisi uno, et patre qui in caelis est; et ubi maledicit pharisaeis qui nec ipsi intrant in regnum caelorum nec alios sinunt; et de proselyto filio gehennae, de auro quod sanctificatur ab altari, et de his qui deliquant culicem et camelum glutient, et lauant quod foris est intus pleni rapinae; et de monumentis dealbatis; et quod similes sint patribus suis a quibus prophetae occisi sunt, additis etiam testimoniis de scripturis, et aduersus iherusalem de gallina et pullis.

LXXIII. De dissolutione templi.

LXXIIII. Ubi interrogatus est a discipulis de consummatione mundi, ibi locutus est de testimonio danihelis quod ait abominationem uastationis; ibi locutus est de praegnantibus et de nutrientibus, et ne fiat fuga hieme uel sabbato, et de diebus breuiatis, et de

Digitized by Google

christis et pseudo prophetis qui dabunt signa et portenta, et de corpore et aquilis, et de sole et luna et tenebris et stellis cadentibus, et de ficu germinante; et quod caelum et terra transibunt, sermones ipsius non transibunt, et de die et hora quam nemo scit nisi pater solus, et de duobus in agro et de duabus in molendino, de patre familias qui nescit quando fur ueniat, de seruo fideli quem inuenit dominus bene agentem et contra de seruo nequam, de decem uirginibus, de peregrinante qui tradidit seruis talenta; de ouibus ad dexteram, haedis ad sinistram.

LXXV. Ubi consiliati sunt sacerdotes ut eum occiderent.

LXXVI. Ubi perfusus est unguento praetioso in domo symonis leprosi.

LXXVII. Ubi iudas pactus est cum sacerdotibus ut eum traderet.

LXXVIII. Ubi praepararunt ei pascha ad manducandum discipuli et <de> traditore suo locutus est; et de corpore et sanguine; et hymnus dictus est.

LXXVIIII. Ubi ait: feriam pastorem et dispergentur oues gregis; et praedixit petro quod ante galli cantum ter negaturus eum esset.

LXXX. Ubi ait: deficit anima mea usque ad mortem; et orauit dicens: pater, si fieri potest, transeat calix hic a me.

LXXXI. Ubi orauit iterum bis numero dicens: pater, si <non> potest transire calix hic nisi eum bibero, fiat uoluntas tua.

LXXXII. Ubi eum iudas osculo tradidit; et ubi dixit petro reponere gladium in teca sua, omnis enim qui gladio occidit, gladio occidetur; et ad turbas quod sicut ad latronem cum fustibus et gladiis uenerunt.

LXXXIII. Ubi adductus <est> in domum principis sacerdotum et secutus est eum petrus.

LXXXIIII. Ubi auditus est a principibus sacerdotum quaerentibus...

. . . . . .

L queritur ad aedificauit LI petrum LII fulgit LV piscis inuerit LVIII interrogus LVIIII *om* est a diuite aeternam et ubi int. est a diuite LXIII uinceret LXVIIII ei] et LXXI eis] es LXXII deliquant] diligant galina LXXIIII abominatione hieme] bene sole] solis bene agente LXXVIII *om* de hymnus] hymnito LXXVIIII galli] gallum LXXXI *om* non LXXXII osculum tega.

Incipiunt capitula euangelii secundum marcum.

II. Ubi baptizatus est et de columba et uoce de caelis.

III. Ubi fuit in heremo cum temptaretur a satana.

IIII. Ubi ueniens in galileam predicabat euangelium et paenitentiam; et ubi eum, dimittentes retia, secuti sunt petrus et andreas, et iohannes et iacobus.

V. Ubi dictum est quod docebat in capharnaum tanquam potestatem habens, et exclusit spiritum inmundum, et fama eius dilata est per regionem galileae.

Digitized by Google

VI. Ubi sanauit socrum petri ; et post occasum solis attulerunt ad eum languentes et daemonium habentes, et sanauit eos.

VII. Ubi ante lucem orauit in deserto solus; et consecutis discipulis et dicentibus quod eum quaererent omnes, respondit : eamus ad proxima castella et ciuitates praedicare, in hoc enim exii ; et praedicauit in omni synagoga daemonia expellens.

VIII. Ubi mundavit leprosum, et praecepit ei ne diceret sed offerret pro se sacrificium ; et ille nuntiavit, et non iam poterat iesus palam introire in ciuitatem.

VIIII. Ubi curauit paraliticum quem per tectum summiserant propter turbas.

X. Ubi uocavit de toloneo iacobum alphei, et in domo eius manducauit cum publicanis et peccatoribus, et secuti sunt eum; et ubi respondit : non est necessarius sanis medicus, sed male habentibus, non ueni uocare iustos sed peccatores in paenitentiam.

XI. Ubi de discipulis suis non ieiunantibus respondit, loquens de sponso, et de panno rudi, et de uino nouo in utres ueteres.

XII. Ubi respondit pharisaeis commotis quia discipuli eius sabbato spicas uellebant, quid fecerit dauid de panibus propositionis, et quod filius hominis dominus est et ipsius sabbati.

XIII. Ubi aridam manum hominis sabbato sanauit.

XIIII. Ubi cum discipulis suis et multis turbis secessit ad mare, et naucellam sibi praesto esse iussit, ne premeretur a turbis eorum quos curabat et corripiebat ne manifestarent eum.

XV. Ubi ascendit in montem, et fecit ut essent secum duodecim discipuli ut potestatem illis daret praedicare euangelium et curare et mundare ; ibi nomina eorum dicuntur.

XVI. Ubi dixerunt pharisaei quod in principe daemoniorum expelleret daemonium ; ibi eis respondit de regno satanae, et de blasphemia in spiritum sanctum quae non dimittetur.

XVII. Ubi mater eius et fratres foris stantes nuntiati sunt ei.

XVIII. Ubi docebat turbas in littore stantes, cum ipse sederet in naui ; ibi dixit similitudinem de semine quod cadit in uia et in petrosa et inter spinas et in terram bonam, et exposuit illam solis discipulis suis ; ibi locutus est similitudines de lucerna quae super candelabrum ponitur, et de mensura in qua mensis remetietur, et de seminante qui nescit quomodo crescat quod seminauit usque ad tempus messis, et de grano sinapis quod seminatum crescit ut cetera holera transeat.

XVIIII. Ubi uento imperauit ut quiesceret, cum turbarentur in mare.

XX. Ubi misit daemonia in porcos, et iussit ei quem mundauerat ut nuntiaret suis beneficia domini.

XXI. Ubi sanata est mulier tangens uestimentum eius, cum iret ad filiam archisinagogi quam mortuam in domo eius resuscitauit, cum dixit : thabita cumi, hoc est, puella surge.

XXII Ubi in patria sua dixit prophetam sine honore esse.

Digitized by Google

XXIII. Ubi misit discipulos duodecim ad expellendos inmundos spiritus et praedicandam paenitentiam, monens illos quomodo ambularent.

XXIIII. Ubi de illo audiuit herodes qui decollauit iohannem, et narratur quare et quomodo iohannes occisus est.

XXV. Ubi pauit turbas in deserto de quinque panibus et duobus piscibus.

XXVI. Ubi ambulauit super aquas maris.

XXVII. Ubi obsecrabant eum infirmi ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent.

XXVIII. Ubi commoti sunt quia discipuli eius non lotis manibus manducabant ; et respondit eis quia suas traditiones obseruabant magis quam dei ; et conuocatis turbis dixit nihil esse quod inquinet hominem quod a foris intrat, sed quod exit ab homine ; et hoc ipsum exposuit in domo interrogantibus discipulis suis.

XXVIIII. Ubi ait ei mulier : et canes manducant sub mensa de micis puerorum ; et sanata est a daemonio filia eius.

XXX. Ubi surdum et mutum fecit audire et recte loqui.

XXXI. Ubi pauit turbas in deserto de septem panibus et paucis piscibus.

XXXII. Ubi petierunt pharisaei ab eo signum de caelo.

XXXIII. Ubi dixit discipulis : cauete a fermento pharisaeorum et a fermento herodianorum.

XXXIIII. Ubi curauit caecum spuens in oculos eius.

XXXV. Ubi dixit discipulis : quem me dicunt homines esse ? et de passione et de resurrectione sua, et corripuit petrum timentem ne moreretur.

XXXVI. Ubi praecepit de cruce tollenda et de anima perdenda ut saluetur et de confessione.

XXXVII. Ubi ait quosdam esse ex his qui stabant non uisuros mortem priusquam uiderent regnum dei.

XXXVIII. Ubi se ostendit tribus discipulis in monte in claritate ; ibi facta est uox de nube : hic est filius meus dilectissimus, audite eum.

XXXVIIII. Ubi eum interrogauerunt de aduentu heliae.

XL. Ubi sanauit puerum a daemonio quem non potuerunt discipuli eius.

XLI. Ubi discipulis in domo interrogantibus respondit non posse genus illud daemonis excludi nisi in orationibus et ieiuniis.

XLII. Ubi de passione et de resurrectione sua dicebat discipulis transiens latenter per galileam.

XLIII. Ubi puerum ostendens et eum complexus docuit eos humilitatem.

XLIIII. Ubi suggestum est illi de quodam qui in nomine eius expellebat daemonium cum eum <non> sequeretur ; ibi locutus est de membris amputandis quae scandalizant hominem, et de sale quod proicitur si fatuum fuerit.

XLV. Ubi interrogatus est utrum oporteat dimittere uxorem.

XLVI. Ubi dixit : quicumque non receperit regnum dei quasi puer non intrabit in illo.

XLVII. Ubi ait facilius camelum intrare per foramen acus quam diuitem

Digitized by Google

in regnum dei ; et dixit quid recipiunt qui sua relinquunt propter euangelium ; et de nouissimis primis et primis nouissimis.

XLVIII. Ubi ascendens hierosolimam locutus est de passione et de resurrectione sua.

XLVIIII. Ubi respondit iacobo et iohanni : ut sedeatis ad dexteram et ad sinistram meam non est meum dare uobis ; et omnibus dixit : qui uult in uobis primus esse erit omnium seruus.

L. Ubi caecum uerbo illuminat clamantem : miserere mei, fili dauid.

LI. Ubi sedit in pullo in quo nemo adhuc sederat.

LII. Ubi circumspecto templo exiuit in bethaniam cum duodecim discipulis.

LIII. Ubi arborem fici maledixit.

LIIII. Ubi de templo expulit uendentes et ementes.

LV. Ubi transeuntes cum eo discipuli uiderunt aridam arborem cui maledixerat ; et locutus est eis de fide et de oratione et de remissione peccatorum.

LVI. Ubi sacerdotes interrogauit de baptismate iohannis, et dedit eis similitudinem de uinea locata, in qua occisi sunt quos misit dominus uineae.

LVII. Ubi ait : reddite quae sunt caesaris caesari, et quae sunt dei deo.

LVIII. Ubi interrogauerunt eum sadducaei de muliere quae habuit septem uiros.

LVIIII. Ubi respondit scribae de duobus mandatis dilectione dei et dilectione proximi.

LX. Ubi de dauid dixit quod dominum eum uocauit, et de pharisaeis quia cum honorem ab hominibus quaerunt et comedunt domos uiduarum, abundantius iudicium accipient.

LXI. Ubi de uidua locutus est quae misit duo minuta in gazophilatium.

LXII. Ubi de templo discipulis dixit quod dissolueretur, et aliud post triduum resuscitaretur ; et de fine saeculi multa locutus est.

LXIII. Ubi unguento pretioso mulier perfudit pedes eius.

LXIIII. Ubi iussit praeparari sibi pascha, et locutus est de traditore suo, cum ille corruptus esset a iudaeis.

LXV. Ubi eucharistiam tradidit.

LXVI. Ubi hymno dicto locutus est de scandalo ipsorum et quod eum petrus negaturus esset.

LXVII. Ubi dixit : si fieri potest, transeat hic calix, cum discipuli eius illo orante dormirent, deinde traditus est.

LXVIII. Ubi adductus est ad pontifices, et falsos testes passus est, et locutus est de aduentu claritatis suae.

LXVIIII. Ubi eum petrus negauit, sicut ab eo praedictum fuerat.

LXX. Ubi a pilato cruci destinatus est, et multa contumeliosa perpessus est.

LXXI. Ubi adductus est ad locum crucis, alio portante crucem eius, et infixus est cum duobus latronibus.

LXXII. Ubi sepultus est, et unxerunt eum duae mariae.

Digitized by Google

LXXIII. Ubi resurrexit, et nuntiatum est discipulis eius.
LXXIIII. Ubi apparuit post resurrectionem eius apostolis omnibus.

EXPLICIUNT CAPITULA.

II = I *in* P *et sic deinceps* et 1° *om* P III sathana P, satan B IIII in galyleam P, de galilea B aeuuangelium P *et sic deinceps* penitenciam P et iohannes *om* P V galyleae P VII ∽ in des. or. ante luc. P cum secutis P quererent P omnes] homines BP exiit B predicaui P VIII nunciauit] non tacuit B ciuitate B VIIII suum miserant B X ptoloneo B theloneo P puplicanis B sed 1°] set P, se B uocari B set 2° P penitencia P XII cum motis B est et] est P, et B XIIII ad] a B* et + ad P nauiculam P XV ibi *om* P deorum B XVI principem B expellit B sathanae P XVII foras B nunciati P XVIII ibi 1°] ubi P synapis P ut] et B XX nunciaret P dei P XXI cum] cui B cumi *om* B XXIII ∽ duodecim discipulis B penitenciam P XXIIII et narr.] enarr. P XXVIII nichil P, nil B quod 2°] quoqd B set P XXVIIII ei] et B manducabant P desub B XXXIII et *om* B XXXIIII expuens B XXXV moriretur B XXXVI de 2° *om* B XXXVII ∽ esse quosdam B uisurus B XXXVIII meus *om* B XXXVIIII helyae P XL ad B XL in 2° *om* P ∽ iei. et or. P XLII galilea B, galyleam P XLIIII non *om* BP tenebris P anputandis B quod] qui B fatuus P XLVI reciperit B XLVII quid] qui B XLVIII iherosolimam P de 2° *om* B XLVIIII sedeat P ad 2°] a B inter uos P LI pulio P LII circumspexit templum P LIII arbore B LV eo] quo B aridum P cui] cum B remissionem B LVI interrabat B* (a 2° *statim corr. in* i, a 1° *postea corr. in* o) LVIII eum *om* B saducei P LVIIII scriba B ∽ de duob. m. scribae + de P LX cum] eum B LXI minuta *om* P LXIII precioso B LXIIII correptus P LXV *numerum et litt. initialem om* P Ubi + ei P LXVI ymno P eum *om* B LXVII orantem dormierunt B LXVIII *numerum et* Ubi add. est *et* de adu. cl. suae *om* B LXVIIII hab B praedictus B LXX a pylato P, ad pilato B multas contumelias superpessus est P LXXI ali portantem B duobus *om* P LXXIII nunciatum est + et P LXXIIII eius *om* B Expl. cap. + secundum marcum B

Incipiunt capitula.

I. Ubi promissus est zachariae filius iohannes per angelum gabrihelum.
II. Ubi conceptus est iohannes.
III. Ubi annuntiatus est iesus mariae uirgini filius per angelum gabrihelum.
IIII. Ubi maria salutauit helisabeth et mansit apud illam mensibus tribus.
V. Ubi natus est iohannes.
VI. Ubi nomen accepit iohannes.
VII. Ubi prophetauit zacharias.
VIII. Ubi natus est iesus.
VIIII. Ubi annuntiatus est pastoribus per angelum.
X. Ubi exercitus angelorum laudauit deum dicens : gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis.
XI. Ubi eum uiderunt pastores.
XII. Ubi circumcisus accepit nomen iesus.

Digitized by Google

XIII. Ubi uenerunt cum eo hierosolima ut offerrent pro eo sacrificium secundum legem ; et uidit eum symeon et agnouit christum domini et profetauit de illo.

XIV. Ubi anna prophetissa de illo prophetauit.

XV. Ubi scriptum est quod puer iesus corroborabatur sapientia.

XVI. Ubi duodecim annorum quaerentes eum inuenerunt in templo hierosolima inter magistros audientem illos et interrogantem.

XVII. Ubi scriptum est quod subditus erat parentibus et proficiebat aetate et sapientia.

XVIII. Ubi coepit predicare iohannes baptista paenitentiam.

XVIIII. Ubi testimonium perhibuit christo iohannes et scriptum est de ipso iohanne quia inclusus < est > ab herode in carcere.

XX. Ubi super baptizatum iesum descendit spiritus quasi columba et uox de caelo facta est.

XXI. Ubi de aetate ipsius post baptismum dicitur, et repetitur parentum origo sursum uersus a ioseph usque ad adam.

XXII. Ubi ieiunauit et temtatus est a satana.

XXIII. Ubi reuersus est in galileam in uirtute spiritus et docebat in sinagogis.

XXIIII. Ubi legit esaiam prophetam in sinagoga nazareth et admirantes eum dixerunt : nonne iste filius ioseph ?

XXV. Ubi ait : amen dico uobis quia nemo propheta acceptus est in patria sua, et quia in sarepta sidonis missus est helias ad mulierem uiduam, et quia ab eliseo neman sirus emundatus est ; et ubi, eum haec audiebant, nazareni expulerunt usque ad supercilium montis ut eum praecipitarent et non potuerunt.

XXVI. Ubi scriptum est quod in capharnaum docebat sabbatis.

XXVII. Ubi expulit daemonium quod clamabat : quid nobis et tibi, iesu nazarene.

XXVIII. Ubi abstulit febrem a socru petri.

XXVIIII. Ubi post occasum solis multos sibi oblatos manu imposita sanauit, et conpescuit daemonia clamantium : tu es filius dei.

XXX. Ubi, uolentibus se turbis tenere ne deserantur ab eo, dixit : oportet me in aliis ciuitatibus bene nuntiare regnum dei, in hoc enim sum missus.

XXXI. Ubi de naui docebat populos.

XXXII. Ubi eo praecipiente miserunt retia petrus et filii zebedei et tantum ceperunt ut disrumperentur ab eis et impleuerunt duas naues ; ibi eis dixit : faciam uos piscatores hominum.

XXXIII. Ubi mundauit uarium et praecepit illi ut nemini diceret < et > offerret pro emundatione sua quod imperauit moses.

XXXIIII. Ubi scriptum est : conuenientibus ad eum turbis ipse fuit secedens in solitudine et adorans.

XXXV. Ubi paralitico summisso per tectum dixit : surge tolle grabbattum tuum et uade in domum tuam.

XXXVI. Ubi dixit puplicano qui uocabatur leui : sequere me, et quia non opus est sanis medicus, et quia non possunt filii sponsi,

Digitized by Google

quamdiu habent sponsum secum, ieiunare ; et similitudines de panno nouo ad uestimentum uetus et de uino et utribus.

XXXVII. Ubi discipuli eius sabbato spicas uulsas manducabant ; ibi commemorauit quod dauid panes propositionis cum eis qui cum illo erant manducauit ; ibi ait quia dominus est filius hominis etiam sabbati.

XXXVIII. Ubi manum aridam hominis curauit in sinagoga.

XXXVIIII. Ubi orauit in montem pernoctans, et die inlucescente elegit duodecim discipulos, et nomina eorum commemorata sunt.

XL. Ubi descendit in locum campestre, et fuit ibi cum eo turba discentium et qui uenerant audire illum et curari ab eo ; et locutus est eis de felicitate eorum qui miseri uidentur huic saeculo, et de miseria eorum qui beati uidentur huic saeculo ; et multa monuit de summa iustitia quomodo debeant homines diligi, et similitudines dedit de caeco qui caecum ducit, et de stipula in oculo fratris, et de duabus arboribus, et de eo qui aedificat domum super petram et de eo qui aedificat super harenam.

XLI. Ubi curauit seruum centurionis absentem, quia non eum permisit centurio in domum suam, dicens dignum se non esse, et credens quod uerbo absentis possit sanari seruus eius.

XLII. Ubi suscitauit unicum filium uiduae qui ferebatur ad sepulchrum.

XLIII. Ubi ad illum misit iohannes baptista qui quaererent utrum ipse est christus.

XLIIII. Ubi locutus est de iohanne, perhibens ei testimonium de scripturis quod angelus esset et missus ante illum ; ibi est et similitudo de pueris in foro clamantibus ad inuicem : tibia cantauimus.

XLV. Ubi dimisit peccata mulieri multum peccatrici quae lauit ei pedes lacrimis in domo pharisaei recumbenti ; ibi est similitudo de duobus debitoribus cui minus et cui plus donatum est, cum ambo soluere nihil possint.

XLVI. Ubi nominatae sunt mulieres quas curauerat ab spiritibus nequam, et sequebantur eum per ciuitates praedicantem regnum dei cum discipulis suis et ministrabant eis.

XLVII. Ubi turbis de ciuitatibus ad eum uenientibus locutus est in similitudine de semine quod cadit in uiam et in petram et inter spinas et in terram bonam, et soluit eam solis discipulis suis ; ibi dixit et alias similitudines de lucerna super candelabrum ponenda et quia dabitur habenti.

XLVIII. Ubi enuntiatae sunt mater eius et fratres eius cum starent foris quaerentes eum.

XLVIIII. Ubi nauigans cum discipulis suis, uento et aquis turbantibus nauim imperauit ut quiescerent.

L. Ubi misit daemonia in porcos et proficiscens inde praecepit ei quem mundauerat uolenti secum pergere ut iret in domum suam enarrans quanta sibi fecerit deus.

LI. Ubi mulier a fluxu sanguinis sanata est tangens fimbriam uestimenti eius cum iret in domum iayri archisinagogi propter filiam eius quam mortuam suscitauit.

Digitized by Google

LII. Ubi misit XII discipulos ad sanandos homines et praedicant regnum dei.

LIII. Ubi herodes tetrarcha audiuit de factis eius cum discipuli mirabilia facerent, et quaesiuit eum uidere cum uaria de illo sentirent homines quisnam esset, et cum reuersis ad se discipulis secessit secreto in solitudine.

LIIII. Ubi pauit turbas de quinque panibus et duobus piscibus.

LV. Ubi quaesiuit <a> discipulis quem illum dicerent homines et ipsi discipuli; ibi de passione et resurrectione locutus est, et quia saluabit animam suam qui perdiderit eam propter illum, et quia confundit eos qui confusi fuerint de illo, et quia erant ibi quidam qui non gustarent mortem antequam uiderent regnum dei.

LVI. Ubi se in claritate ostendit in monte tribus discipulis, et duo uiri conloquebantur illi moses et helias qui postquam introierunt in nube facta est uox de nube: hic est filius meus electus, audite illum.

LVII. Ubi curauit puerum ab spiritu inmundo quem non potuerunt discipuli eius.

LVIII. Ubi dixit discipulis: filius hominis incipit tradi in manus hominum, et non intellexerunt, et cogitantibus quis est maior inter illos, ostendens puerum docuit humilitatem.

LVIIII. Ubi respondit de illo qui in nomine eius expellebat daemonia cum eum non sequeretur.

LX. Ubi discipuli eius dixerunt: uis dicamus ignem descendere ad consumendos illos qui eum non receperunt? et conpescuit eos.

LXI. Ubi respondit ei qui uolebat eum sequi quod filius hominis non habet ubi caput suum reclinet.

LXII. Ubi dixit: sine mortui mortuos suos sepeliant; et alteri dixit: nemo retro attendens et superponens manum in aratro aptus est regno dei.

LXIII. Ubi elegit et alios LXX^ta^ et misit eos dicens: ecce mitto uos ad messem quomodo agnos in medio luporum; et praecepit eis quomodo uersarentur, maledicens ciuitatibus quae mirabilibus eius commotae non sunt ad paenitentiam.

LXIIII. Ubi dixit gaudentibus discipulis quod daemonia illis subiecta essent de fulgura satanae, et de serpentibus et scorpiis, et uirtutibus inimici, et de gaudio nominum scriptorum in caelo.

LXV. Ubi hilaratus in spiritu gratulatus est quod paruulis ista reuelata sint, et de patris et filii cognitione, et de prophetis qui uoluerunt uidere et audire et non potuerunt.

LXVI. Ubi dedit similitudinem proximi de illo quem latrones semiuiuum relinquerunt.

LXVII. Ubi dixit marthae de sorore eius quod bonam particulam elegerit.

LXVIII. Ubi docuit orare et dedit similitudinem de illo qui nocte media petit tres panes ab amico, et praecepit ut petamus et quaeramus et pulsemus, et de pisce et serpente et ouo et scorpione.

Digitized by Google

LXVIIII. Ubi expulsit surdum daemonium, et dictum est quod in principe daemoniorum expellat daemonium; et respondens eis loquens de regno satanae et de spiritu inmundo <qui> cum exierit redit ad uacuam domum inhabitandam cum aliis septem.

LXX. Ubi respondit mulieri benedicenti uentrem matris eius, illos potius felices esse qui audiunt uerbum dei et custodiunt.

LXXI. Ubi locutus est de signo ionae prophetae et de regina austri et de paenitentia nineuitarum et de lucerna sub modio non ponenda dicens lucernam esse corporis oculos.

LXXII. Ubi recumbens apud quendam pharisaeum commotum quia non ante baptizabat ante prandium multa dixit in pharisaeos quod foris calicem et catinum emundent, quod decimas dant et transeunt dilectionem dei, quod diligant honorem ab hominibus, quod monumenta sint abscondita; et legis doctoribus quod alios honerarent, quod monumenta prophetarum aedificarent et apostolos persecuturi essent, quod absconderent clauem scientiae.

LXXIII. Ubi contulerunt pharisaei et legis doctores ut eum accusarent.

LXXIIII. Ubi discipulos suos monuit ut cauerent a fermento pharisaeorum, et non eos metuerent sed eum qui habet potestatem mittere in gehennam; ibi locutus est de quinque passeribus et de capillis numeratis, et de confessione eius coram hominibus, et quia non remitteretur blasphemia in spiritu sancto et quia spiritus sanctus docet quid loquantur cuique cum offeruntur potestatibus.

LXXV. Ubi dixit ei quidam de turba: magister dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem; ibi dedit similitudinem de diuite qui non habebat ubi reponeret fructus, et monuit discipulos ne cogitarent de his quae huic uitae necessaria sunt, et similitudinem dedit de uolucribus, de liliis et de faeno, et de uendendis rebus et faciendis elemosinis, et de uigilantia eorum qui expectant dominum quando ueniat a nuptiis, et de patre familias qui nescit quando fur ueniat, et de dispensatore qui cognoscit domini sui uoluntatem, et de igne quem uenit mittere in terram, et de baptismo, et de diuisionibus aduersus inuicem socrus uel nurus et caeterorum.

LXXVI. Ubi locutus est ad turbas quod tempus imbres et ardores cognoscant, et quod iustum est non iudicant; ibi dedit similitudinem de aduersario a quo recedendum est in uia.

LXXVII. Ubi locutus est de his quorum sanguis sacrificiis eorum commixtus est, et de his super quos cecidit turris in siloa; et dedit similitudinem de arbore fici eradicanda si post triennium fructum non dederit.

LXXVIII. Ubi curauit sabbato curuam mulierem quae non se poterat erigere; et indignanti archisinagogo respondit quod iumenta sua soluant sabbato et ducant ad aquam.

LXXVIIII. Ubi similitudinem dedit de grano senapis obruto in terram, et de fermento misso in farinam.

Digitized by Google

LXXX. Ubi hortatur ad introitum per angustum ostium; ibi ait non se nosse et numquam se uidisse eos qui operantur iniustitiam, et de patriarchis et prophetis quod in regnum dei uidebuntur ab his qui excluduntur foras, et de primis nouissimis et nouissimis primis.

LXXXI. Locus ubi herodem uulpem appellauit, et ciuitati hierusalem testimonio prophetico increpavit quod noluerit ab eo protegi filios suos tamquam pullos ab aui; ibi ait: non me uidebitis quousque dicatis: benedictus qui uenit in nomine domini.

LXXXII. Ubi curauit hydropem sabbato et dixit pharisaeis quod filium aut bouem suum cadentem in sabbato non interminant liberare.

LXXXIII. Ubi monuit ne in primo loco uelit recumbere qui uocatur ad nuptias; ibi ait: qui se extollit humiliabitur, et qui se humiliauerit exaltabitur.

LXXXIIII. Ubi praecepit ei qui se inuitauerat ne inuitaret eos qui possunt retribuere, sed debiles qui non possunt.

LXXXV. Ubi locutus est de his qui uocati non uenerunt ad caenam, pro quibus inuitati sunt et adducti debiles de plateis, et, cum adhuc esset locus, collecti sunt alii de uiis et saepibus.

LXXXVI. Ubi ait de odio patris et matris et uxoris et filiorum et fratrum et sororum et animae suae, et de tollenda cruce et sequendo eo, et de aedificatore turris, et de rege bellum parante, et sale infatuato.

LXXXVII. Ubi pharisaeis murmurantibus quod cum puplicanis et peccatoribus conuesceretur, dedit similitudinem de oue et denario et de duobus filiis maiore et minore qui perdidit substantiam.

LXXXVIII. Ubi discipulis suis similitudinem dedit de dispensatore qui debitoribus domini sui ex eo quod debebant largitus est; ibi ait: et si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis dabit uobis?

LXXXVIIII. Ubi pharisaeis dixit: quod excelsum est in hominibus exsecratio dei est, et de lege et prophetis usque ad iohannen, et quia uim faciunt omnes in regnum caelorum; et facilius caelum et terra transit quam legis unus apex cadit; et quia moechatur qui remittit uxorem et aliam ducit, uel qui remissam a uiro ducit.

XC. De lazaro qui concupiscebat saturari de his quae cadebant de mensa diuitis; ibi dixit de mose et prophetis.

XCI. Ubi de scandalis locutus est quae non possunt nisi uenire et de mola asinaria suspendenda ei per quem ueniunt, ut remittantur peccata quotiescumque uenia petita fuerit.

XCII. Ubi petentibus discipulis ut eis augeret fidem, similitudinem dedit de granum senapis ad morum eradicandam et plantandam in mari, et de seruo qui cum de agro ueniret post laborem cogitur antequam se reficiat domino ministrare.

XCIII. Ubi decem uarios mundauit, ex quibus unus samaritis solus egit gratias.

XCIIII. Ubi locutus est de regno dei pharisaeis interrogantibus; ibi ait quod intra eos esset regnum dei, et discipulos monuit quomodo illud expectarent ne deciperentur sicut in diluuio et in sodoma;

Digitized by Google

ibi ait de his qui sunt in lecto duobus et duabus molentibus et de duobus in agro et de corpore et aquilis.

XCV. Ubi ait de iudice iniusto qui tamen audiuit uiduam ne sibi molesta esset assiduae rogans.

XCVI. De duobus orantibus pharisaeo et puplicano.

XCVII. Ubi ait de pueris quod talium est regnum dei.

XCVIII. De camelo per foramen acus ; ibi ait de his qui relictis suis temporalibus eum secuntur quod in hoc tempore recipiant septies tantum et in saeculo uenturo uitam aeternam.

XCVIIII. Ubi duodecim discipulis suis de passione et resurrectione sua locutus est neque intellexerunt.

C. Ubi curauit caecum quem turbae corripiebant ut taceret.

CI. De zacheo qui ascendit in arborem ut eum uideret ; ibi ait et similitudinem de hominem qui proficiscens regnum accipere dedit decem seruis suis decem minas.

CII. Ubi sedit in pullo asino et pharisaeis dicentibus ut corriperet turbam discipulorum laudantium respondit : si isti tacebunt, lapides clamabunt.

CIII. Ubi fleuit super hierusalem denuntians eius euersionem.

CIIII. Ubi expulsit de templo uendentes et ementes.

CV. Ubi, pharisaeis iam quaerentibus occansionem perdendi eum, noluit respondere de potestate sua, nisi prius illi respondissent de baptismate iohannis : ibi ait < similitudinem de uinea > et agricolis qui occiderunt heredem uineae et de lapide qui factus est in capite anguli.

CVI. De reddendis caesari quae caesaris sunt et deo quae dei sunt.

CVII. Ubi interrogatus est de muliere quae habuit septem uiros et de resurrectione locutus est in qua homines similes angelis erunt, et de abraham et isaac et iacob quoniam uiuunt.

CVIII. Ubi ait de dauid quod christum appellauerit dominum suum.

CVIIII. Ubi populo praecepit ut cauerent ab scribis quia amant honores hominum et comedunt domum uiduarum.

CX. De uidua paupere quae misit in dona dei duo minuta.

CXI. Ubi ait quod non remanebit in templo lapis super lapidem et multa locutus est de fine huius saeculi.

CXII. Ubi dictus est quod docebat in templo et in monte oliuarum.

CXIII. Ubi pactus est iudas de traditione eius.

CXIIII. Ubi iussit praeparari sibi pascha.

CXV. Ubi eucharistiam dedit.

CXVI. Ubi de traditore suo locutus est.

CXVII. Ubi contendentes de principatu discipulos docuit humilitatem et regnum promisit.

CXVIII. Ubi ait petro quod orauerit pro eo ne deficiat fides eius, et praedixit ei quod negaturus eum esset.

CXVIIII. Ubi de sacculo et pera portanda locutus est, et de uendita tunica emendum esse gladium.

CXX. Ubi orauit in montem oliueti secedens a discipulis qui taedio dormierunt.

Digitized by Google

CXXI. Ubi traditus est a iuda osculante eum, et ubi praecisam auriculam ab uno qui cum eo erant contingens sanauit, dixitque quod cum gladiis tamquam ad latronem uenissent.

CXXII. Ubi uenerunt cum eo ad domum pontificis, et ubi eum petrus postquam negauit, respiciente eo, fleuit amare.

CXXIII. Ubi obuelantes ei caput dicebant : prophetiza, quis te percussit ?

CXXIIII. Ubi eum interrogauerunt congregati principes populi utrum ipse esset christus.

CXXV. Ubi misit eum pilatus ad herodem, et remisit eum herodes ad pilatum cum ueste candida, et amici facti sunt.

CXXVI. Ubi traditus est a pilato crucifigendus cum ipse in eo nihil dignum morte inueniret, remisso barabba.

CXXVII. Ubi cum duceretur ad crucem, alio portante crucem eius, prohibuit mulieres quae plangebant eum, dicens eis ut super se potius plangerent propter imminentia quam super eum.

CXXVIII. Ubi crucifixus est cum duobus reis quorum unus credidit in illum ; et sol obscuratus est in passione eius, et uelum templi scissum est ; et clamauit iesus : in manus tuas commendo spiritum meum ; et centurio dixit uidens miracula : uerae hic homo iustus erat.

CXXVIIII. Ubi sepultus est, et uiderunt mulieres locum, et praeparato unguento illuc uenerunt.

CXXX. Ubi mulieribus resurrexisse nuntiatus est et per illas apostolis.

CXXXI. Ubi apparuit duobus in uia ; et cum uenissent domum et accepissent ab eo panem, cognouerunt eum et nuntiauerunt apostolis.

CXXII. Ubi etiam ipsis apparuit dicens : palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet ; et accepit piscis assi partem ; et de scripturis et de spiritu sancto locutus est eis.

EXPLICIUNT CAPITULA.

I *1ª m* promissum IIII illa X laudabit XII circimcisus XIII offerent XVIIII *om* est cherode XXI parentem XXIIII eam XXV ubique, XXVII nazareni XXX diserentur XXXII praecipient coeperunt impler XXXIII neminem *om* et XXXIIII sedens XXXV summissum XXXVI similitudinis uino] uno XXXVIIII inlucescentem XL icapestri stibula XLII ad] a XLIIII misus tibi cantabimus XLV peccatrice XLVI praedicante XLVII in 1º] de soluet XLVIIII turbant ibi quiesceret L uolente irent 2 m : dominus LI a] *corr* ad LIII quisiuit LV *om* a. et 3º] ei eos] eas LVIII qui LXII mortuos] *1ª m* mortuus regnum LXIII agnus mirabilius LXIIII *1 m.* corpiis LXV iratus LXVIIII *om* qui LXX uentre LXXI lucerna 2º LXXII catinum num emundent quod] cum et transeunt] si monumento honorarent *1 m* aedificant LXXIIII inmonuit capillis] *1 m* pillis quid] qui cuique] cui LXXV reponet fructos *1ª m* ad nuptiis patri uoluntate norus LXXVI auersario LXXVII cum mixtus LXXVIII curuam] eura erigere] cingere LXXVIIII obrutu LXXX se uidisse] seui deesse ortatur LXXXI pullus LXXXII filius LXXXIIII inuitaret eos] *1 m* inuitauerat sed] se retribueret *1 m* posunt LXXXV aliis LXXXVI uxores rege + et LXXXVIII dedit de dispensatore] *1 m* dedit pensatore, *2 m* de dispensatore quis] quid LXXXVIIII

Digitized by Google

quod + in a iohanne omnes] homines terram XC mensam XCI ei] et petit afuerit CXII *1e m.* granom agro] grano daemino XCIII uarius XCVI *Le rubricator a omis le numero et l'initiale, de même aux nos XCVIII, CVI et CX* XCVII] XCVI C iaceret CI accipere] acceperit et CII turba CV *om* similitudinem de uinea CVII hominis XI lapides 1° CXII quod] quo CXV *1e m* eucaristiam CXXI eum] eo CXXII respicientes CXXIII obueluentes CXXIIII interrogtoauerit congregauer congregati principes + et CXXVI mortem CXXVI *1a m* portantem CXXVIII *1a m* scisum CXXXII pisces

Incipiunt capitula.

II. De iohanne quia testimonium perhibebat de lumine ; nam non erat ipse lumen, et de lumine uero, et quia uerbum caro factum est.

III. De testimonio iohannis in bethania trans iordanen fluuium.

IIII. Ubi uidit iohannes iesum uenientem ad se.

V. Ubi secuti sunt eum duo discipuli iohannis, quorum unus fuit andreas frater petri et adduxit illum ad iesum cum adhuc simon uocaretur et tunc eum iesus petrum uocauit.

VI. Ubi uocauit philippum et dixit nathanahel : christus locutus est.

VII. Ubi ad nuptias inuitatus aquam in uinum conuertit, et crediderunt in eum discipuli eius.

VIII. Ubi expulit de templo eos qui uendebant oues et boues et columbas, et de solutionem templi quod tribus diebus excitaret.

VIIII. Ubi multi crediderunt in nomine eius hierosolimis in die paschae.

X. Ubi ad eum nocte uenit nichodemus, et locutus est ei de generatione per baptisma et de exaltatione sua quod nemo ascendit in caelum nisi qui de caelo descendit et de his qui in eum credunt quia dei filius unigenitus est.

XI. Ubi de ipso et de iohanne dictum est quod baptizabant, et nata est quaestio de purificationem, et interrogatus est iohannes et iterum locutus est de iesu quantum interesset inter se et ipsum.

XII. Ubi scriptum est quod iesus non baptizabat sed discipuli eius.

XIII. Ubi transiens per samariam sedit super puteum iacob et locutus est cum samaritana muliere quae nuntiauit de illo in ciuitatem et ueniebant inde ad eum.

XIIII. Ubi rogauerunt eum discipuli ut manducaret, et locutus est eis de cibo suo et de messe.

XV. Ubi apud samaritanos mansit biduum et multi crediderunt in eo.

XVI. Ubi uenit iterum in galileam et dicebat quia propheta in patria sua honorem non habet.

XVII. Ubi ait regulo : uade filius tuus uiuit, cum ei ante dixisset : nisi signa et prodigia uideatis non creditis.

XVIII. Ubi die sabbati saluum fecit infirmum ad piscinam dicens ei : tolle grabbattum tuum et ambula.

XVIIII. Ubi ei cui dixerat : tolle grabbattum tuum et ambula, rursus dixit

Digitized by Google

cum eum in templo inuenisset : iam noli peccare ne quid tibi deterius fiat ; et iudaeis quaerentibus se interficere multa locutus est et de patre et de se et de iudicio et de resurrectionem et de iohanne et de eo qui ueniet in nomine suo et de moyse.

XX. Ubi pauit populum de quinque panibus ordeaceis et duobus piscibus.

XXI Ubi solus secessit in montem a turbis ne rex eorum fieret, et per noctem uenit ad discipulos super mare ambulans cum illi nauigantes tempestatem paterentur.

XXII. Ubi dixit ad turbas : quaeritis me non quia signa uidistis < sed quia de panibus manducastis > et saturati estis et multa eis locutus est de pane qui de caelo descendit et de carne sua et sanguine.

XXIII. Ubi dixerunt murmurantes discipuli : quis potest audire istum sermonem, et locutus est eis de spiritu et de iuda et multi eum derelinquerunt praeter duodecim, petrus respondit ei : uerbum uitae aeternae habes.

XXIIII. Ubi fratribus suis respondit nolle se ascendere ad diem festum iudaeorum quia tempus eius nondum uenerat, ibi dictum est de ipsis fratribus eius quia non in eum crediderant.

XXV. Ubi remansit in galileam et ad diem festum postea latenter ascendit, et quaerentibus eum iudaeis variae de eo turba loquebatur.

XXVI. Ubi medio die festo ascendit in templo, et ammirantibus iudaeis quod litteras non didicerit multa ibi locutus est de doctrina quae a patre est, de voluntate patris, de circumcisione in sabbato, et quia non illum nouerant nec unde esset nec a quo missus esset.

XXVII. Ubi non potuit comprehendi a iudaeis cum coram ipsis esset, et cum multi in eum credidissent dixit coram his qui ad eum comprehendendum missi erant quod eum quaesituri essent et non inuenturi nec ualituri uenire ubi esset.

XXVIII. Ubi cum clamore uocabat sitientes ad bibendum spiritum sanctum et qui eum audiebant dissentiebant de illo, et qui eum uolebant comprehendere non audebant.

XXVIIII. Ubi ministri qui ad eum capiendum missi erant perhibuerunt ei bonum testimonium apud principes iudaeorum, et nicodemus locutus est pro eo cum illi dixissent quod maledicta plebs et imperita in eum credit.

XXX. Ubi adulteram dimisit et se dixit lumen saeculi et de testimonio suo et patris ; ibi ait : si me nossetis et patrem meum nossetis, loquens in gazofilatio et quod non eum inuenientes in peccatis suis morituri essent, et quod illi essent de isto saeculo et ipse non esset et quod quaerentibus quis esset respondit : initium, et de patre locutus est non cognoscentibus quia cum illo est qui eum misit.

XXXI. Ubi locutus est de libertate quam dat ueritas et de patre deo et de patre abraham et de patre homicidarum diabolo ; ubi ait

Digitized by Google

quia nemo eum conuincit de peccato; ubi respondit dicentibus quod samaritis esset <et> daemonium haberet non se quaerere claritatem suam sed esse qui quaerat et iudicet, et de his qui custodiunt uerbum eius quia non moriuntur; ibi respondit de abraham quod uidit diem eius et gauisus est; respondit etiam quod ante abraham ipse esset; tunc se abscondit a uolentibus lapidare eum.

XXXII. Ubi de sputo lutum fecit et curauit oculos caeci nati.

XXXIII. Ubi dixit iudaeis: si caeci essetis non haberetis peccatum, et locutus est eis de osteo et de fure et de pastore et de conducto et de anima sua quam ponit pro ouibus suis et iterum accipiet quod in sua potestate esset dixit, et scisma factum est inter iudaeos.

XXXIIII. Ubi dixerunt illi iudaei: quousque animam nostram tollis? si tu es christus dic nobis constanter; et locutus est eis de operibus suis et de ouibus suis et de patre et filio quod unum sint; et habiit in locum ubi fuit iohannes; ibi dictum est de iohanne quia nullum signum faciebat.

XXXV. Ubi lazarum resuscitauit.

XXXVI. Ubi quaerebant eum interficere iudaei ne ueniant romani <qui> perderent locum et nationem; ibi caiphas pontifex nesciens prophetavit et abiit inde iesus iuxta deserta in effrem ciuitatem, et posteaquam per pascha in templo dominus non est inuentus, dederunt pontifices et pharisaei mandatum ut quicumque cognosceret apprehenderet eum.

XXXVII. Ubi caenauit in bethania ubi erat lazarus, et unxit ei pedes maria; ibi dictum est de iuda quia fur erat.

XXXVIII. Ubi cogitauerunt pontifices lazarum interficere.

XXXVIIII. Ubi sedit in pullo asino praecedente turba cum ramis palmarum et dicente: osanna benedictus qui uenit rex israel, et non cognouerunt discipuli eius scriptum esse nisi post resurrectionem eius.

XL. Ubi ad testimonium populi dixerunt pharisaei ad inuicem nihil proficere quia saeculum post eum habiit.

XLI. Ubi nuntiantibus sibi discipulis quod eum graeci uellent uidere respondit: uenit hora ut honorificetur filius hominis, et de grano tritici quod mortuum multiplicatur, et anima perdenda in isto saeculo ut in vitam aeternam conseruetur, et de ministro suo et de anima sua contristata; ibi ei respondit uox de caelo de clarificatione eius; ubi turbis de caelesti uoce dissentientibus locutus est de magistrato saeculi et de exaltatione sua a terra, et ut ambularent dum lucem habebant et crederent in lucem et filii lucis essent, et ut haec locutus est abscondit se.

XLII. Ubi de incredulitate iudaeorum dicitur secundum isaiae testimonium qui uidit claritatem eius et locutus est de eo.

XLIII. Ubi credentes in eum principes non confitebantur ne a pharisaeis de synagogis expellerentur.

XLIIII. Ubi iesus clamauit dicens de credentibus in se quod in eum

Digitized by Google

crederent qui se misit, et quia ipse lux uenit in saeculum non ut iudicet saeculum sed ut saluet, et quia non credentes non ipse iudicet sed uerbum quod locutus est, et quia mandatum quod a patre accepit ut loqueretur uita aeterna est.

XLV. Ubi lauit pedes discipulis ut et ipsi hoc facerent aliis, et locutus est de discipulis quos elegit et de suo traditore sed adhuc obscurae et de eo qui excipit quem mittit.

XLVI. Ubi aperte ostendit per tinctam buccellam traditorem suum discipulo quem amabat qui super pectus eius recubuerat, et ubi locutus est eis de dilectione postquam inde iudas abscessit et quod non possint uenire quo ipse iret sicut iudaeis dixerat.

XLVII. Ubi respondit petro: sequeris me postea, et iterum quod ante galli cantum ter eum esset negaturus, et de multis mansionibus in domo patris ut ibi sint ubi ipse.

XLVIII. Ubi respondit thomae quod ipse esset et uia et ueritas et uita, et de patre quod eum nouerint et uiderint.

XLVIIII. Ubi respondit philippo dicenti: ostende nobis patrem: qui me uidit uidit patrem meum, et de factis suis quia etiam maiora faciet qui in eum credit, et de aduocato spiritu ueritatis, et quod eum post pusillum uisuri essent et saeculum eum non uiderit, et de his qui eum diligunt quod ostendat se illis.

L. Ubi respondit alteri iudae quaerenti quare se ipsis manifestare incipiebat et non saeculo de mansione sua apud illum qui eum diligit, et quod uerbum eius uerbum patris sit, et iterum de aduocato spiritu sancto et de pace sua; ibi ait: si me dilexissetis gauderetis quia eo ad patrem quia pater maior me est, et de magistratu huius saeculi quia nihil in eo inuenit, et de uitae se ipso et agricola patre et de sarmentis discipulis et caritate per quam manetur in illo et ipse in patre, et quod petitum fuerit accipitur, et de caritate ut diligant inuicem sicut ipse illos, et quod amici eius essent facientes mandata eius; ibi locutus est de fructu et de mandatis et de saeculo quia odit eum et discipulos eius, et quia eos ipse de saeculo elegit, et quia non est seruus maior domino suo, et de persecutoribus, et quia peccatum non haberent nisi uenisset et locutus eis fuisset et nisi opera fecisset quae alius non fecit; ibi est testimonium quia oderunt me gratis, et quia testis erit de illo spiritus ueritatis qui a patre prodit et discipuli eius quia ab initio cum illo sunt, et de persecutoribus qui putabant se officium deo facere, et quia uadit ad eum qui se misit nemine ex illis interrogante quo eat, et quia non uenisset aduocatus nisi ipse abiisset et quia missus ab eo aduocatus arguit saeculum de peccato et de iustitia et de iudicio et quomodo eos inducturus esset spiritus ueritatis in omnem ueritatem; ibi ait: pusillum et iam non uidebitis me, iterum pusillum et uidebitis me.

LI. Ubi non intellegentibus discipulis quid loqueretur similitudinem dedit de tristitia parientis mulieris et gaudio post partum, et quia si quid petituri essent a patre in nomine eius daturus

Digitized by Google

esset, et quia nihil adhuc petierant, et quia in prouerbiis nunc loqueretur et uentura esset hora quando non ita loqueretur; ibi ait : et non dico uobis quia ego rogabo patrem, ipse enim pater diligit uos quia uos me dilexistis et credidistis quia ego de deo exiui et exii a patre et ueni in saeculum, iterum relinquo saeculum et uado ad patrem.

LII. Ubi respondit discipulis dicentibus quod manifeste de patre loqueretur et crederent ei : uenturam esse horam qua solum eum relicturi essent, et de pace ut in ipso haberent non in saeculo, et ut fiderent quia uicit saeculum.

LIII. Ubi leuatis oculis ad caelum de clarificatione sua petiuit patrem; ibi ait quid esset uita aeterna, et de his quos illi dedit pater de saeculo, et quia nemo ex eis periet nisi filius perditionis, et quia non sunt de saeculo quia non pro eis solum rogat, et de patre et se ipsis ut sint in se et de claritate quam illis dedit et quomodo eos dilexit; ibi petit ut ubi fuerit ibi sint, et de claritate sua ante mundi constitutionem, et quia non cognouit mundus patrem sed filius et discipuli per ipsum, et de caritate patris erga filium et discipulos.

LIIII. Ubi traditus est et ubi abstulit auriculam puero petrus.

LV. Ubi adductus est primo ad annam, et secuti sunt eum petrus et alius discipulus, et negavit eum petrus semel in domo annae.

LVI. Ubi eum interrogauit annas de doctrina eius et discipulis, et respondens illi accepit a ministro palmam, et cum mitteretur ad cayphan petrus eum iterum <et> tertio negauit.

LVII. Ubi auditus est a pilato et traditus iudaeis crucifigendus.

LVIII. Ubi crucifixus est cum titulo.

LVIIII. Ubi milites diuiserunt sibi uestimenta eius.

LX. Ubi commendauit matrem discipulo.

LXI. Ubi aceto potatus est et reddidit spiritum.

LXII. Ubi lancea percussus est.

LXIII. Ubi sepultus est.

LXIIII. Ubi resurrexit; ibi ait : vade ad fratres et dic illis : adscendo ad patrem meum et ad patrem uestrum.

LXV. Ubi apparuit discipulis, cum hostiis clusis sederent; ibi eis sufflans dedit spiritum sanctum et potestatem remittendi peccata.

LXVI. Ubi thomae didimo tangendum et inspiciendum se praebuit; ub crederet ibi ait : beati qui non uiderunt et credent.

LXVII. Ubi scriptum est multa alia signa eum fecisse quae in hoc libro scripta non sunt.

LXVIII. Ubi apparuit discipulis tertio ad mare et prandit cum illis et dixit petro : pasce oues meas, et de cruce eius significauit et de iohanne dixit : sic illum uolo manere donec uenio.

II *l m* caru uerbum]uerum III iordane XIIII *l m om* eum XVIII ei] et XXIII delinquerunt XXIIII noli eius 1°] est XXVI amirantibus *l m* didicerat XXX ∞ et de isto sec. ipse XXVIII dixis-

Digitized by Google

set XXXI *l m* diaboli XXXII luto XXXIII funere XXXVI ne ueniant] in ea romani XXXVII quia] qui XXXVIIII dicentes resurrectione XLI seculi] *l m* seculo XLIII eum] *l m* eo XLIIII *l m* secolom 1° XLVIIII quia] qui auocato L l. 16 qui a] *l'abréviation de* quia l 17 discipulis nemine] neminem uenisset] inuenisset LI l. 5 essent l. 6 non] nunc LIII l. 6 fueris l. 7 constitutione LXI reddit LXVI *l m* tangendom.

B. TEXTE BIBLIQUE.

La valeur des sommaires pour l'histoire des textes bibliques est fort inégale. Il faut tenir compte du but général des sommaires et du caractère propre à chacun d'eux. Comme leur nom même l'indique, ils ont pour but de diviser et de résumer le texte sacré. Ils seront donc remplis d'allusions qui témoigneront au moins de la présence des péricopes résumées. Plus rares seront les citations qui permettront de reconstituer le texte, car ici règne une grande liberté ; les auteurs se permettent facilement des omissions, ils mêlent l'interprétation à la citation, si leur vocabulaire subit l'influence du texte biblique qu'ils analysent, d'autre part ils exposent les faits et les idées de l'Écriture dans leur langage propre, remplacent par un synonyme un mot qu'ils jugent archaïque, barbare ou obscur. D'une façon générale on peut dire que leur valeur consiste surtout à confirmer des variantes connues par d'autres sources, tandis que les variantes nouvelles qu'ils paraissent offrir sont le plus souvent suspectes. J'espère avoir réduit l'importance des *capitula* à ses justes limites, et cependant ils présentent certains avantages qu'on retrouve difficilement ailleurs. D'abord les citations qu'ils contiennent peuvent être libres, elles ne sont jamais faites de mémoire. Ensuite ils ne se bornent pas, comme les citations des Pères, à certains textes présentant un intérêt spécial, mais couvrent d'une façon sensiblement uniforme le livre entier. Enfin et surtout, mettons-nous bien en tête qu'on ne faisait pas tous les jours des sommaires ; introduire dans un livre sacré une nouvelle division en chapitres, écrire un résumé des principales choses de chaque chapitre et le placer en tête du livre pour en faciliter l'usage, c'est évidemment faire une nouvelle édition de ce livre. Il est naturel de supposer que ce travail spécial n'allait pas sans quelque revision du texte. Ainsi les sommaires ne seraient plus des témoins quelconques qu'on trouve le long de l'histoire du texte biblique, mais des points de repère précieux qui marquent un tournant de cette histoire.

Digitized by Google

De tous les sommaires connus les textes que je viens de publier sont les plus importants, non seulement parce qu'on peut être sûr de leur origine africaine et de leur haute antiquité, mais encore parce que leur longueur inusitée rend facile et fructueuse l'étude de leur texte biblique. Les citations introduites par *ubi dictum est, ubi scriptum est* n'y sont pas rares, et elles sont littérales quand, introduites par *ubi ait* ou une formule analogue, elles revêtent la forme du discours direct.

Les rencontres entre les deux ouvrages ne se bornent pas à ces citations. Dans la lettre-dédicace à Macedonius, en tête du *Carmen paschale*[3], Sedulius annonce qu'il va écrire « quattuor MIRABILIUM DIVINORUM libellos ». Ces merveilles, il les appelle, au début de son *Opus paschale* en prose[4], les « mirabiles Christi salubresque VIRTUTES » ; et le mot revient fréquemment, au cours des deux ouvrages, dans le sens de miracles, prodiges. C'est aussi le terme technique qu'emploie le commentateur de Marc pour désigner la série des œuvres principales du Sauveur. Il en énumère quinze, de

1. Migne om. *a*.
2. Migne *in eo*.
3. Edit. Huemer (C. S. E. L. t. X), p. 12.
4. Ibid., p. 177.

Digitized by Google

cette façon : « *primam uirtutem* narrat dicens...; socrus Petri febricitans *secunda uirtute* leuatur...; leprosus *tertia uirtute* mundatur...», et ainsi de suite, jusqu'à la guérison de l'aveugle de Jéricho : « *Quinta decima uirtute* illuminatur caecus ». Dans les manuscrits où le texte est divisé en trente-deux *capitula*, chacune de ces « uirtutes » forme un chapitre à part.

***

Un autre point de ressemblance entre les deux écrivains, c'est leur préoccupation constante de mettre en parallèle les scènes de l'ancien Testament avec celles du nouveau dont elles sont la figure. Cette recherche est tellement sensible chez Sedulius, qu'on la trouve signalée expressément en tête de certains manuscrits [1] : « scripsit hunc librum quasi per dyrocheum, id est, duplicem refectionem de ueteri et nouo testamento ». Au reste, elle lui était commune avec nombre d'autres écrivains et artistes chrétiens du IVe/Ve siècle. Il suffira de mentionner les *Tractatus* de Grégoire d'Elvire, les inscriptions métriques attribuées à s. Ambroise, le *Dittochaeum* de Prudence, l'*Altercatio* d'Evagrius, etc., sans parler des autres exemples bien connus de parallélisme biblique que fournissent les fresques de Xyste III à Ste-Marie-majeure et la fameuse porte de Ste-Sabine sur l'Aventin [2].

Voici quelques spécimens de la façon dont notre auteur conçoit cette *Concordia* de l'ancien et du nouveau testament :

592 D. Joie de Sara à la naissance d'Isaac.	Marie bénie entre les femmes à cause de son Fils.
592 C. Isaac, Eliezer, Rebecca.	Christ, Jean-Baptiste, l'Église.
634 A. Caïn.	Judas.
634 B. Joseph vendu par ses frères.	Jésus livré par les siens.
635 C. Le manteau de Samuel déchiré.	Le grand-prêtre déchire ses vêtements.
636 A. Le miel trouvé dans la gueule du lion mort.	Le fruit de la passion et de la mort du Sauveur.
636 D. Samson et Dalila.	Le Christ et la Synagogue.
Ibid. Les deux boucs de l'expiation.	Jésus et Barabbas.
637 C. Abel conduit aux champs par Caïn.	Le Christ conduit hors de la ville pour être crucifié.
Ibid. Isaac porte le bois de l'holocauste.	Le Christ porte sa croix.

1. Ibid., Proleg. p. XVIIII.

2. Cf. Grisar, *Analecta Romana*, t. I, p. 455 sq. La « concordia veteris et novi testamenti » sulla porta di Santa Sabina.

Digitized by Google

ibid. Les cornes du bélier prises dans le buisson.	Le Christ substitué à l'humanité pécheresse et couronné d'épines.
ibid. Joseph avec sa gerbe élevée et sa tunique teinte de sang ; Moïse et sa verge ; le serpent d'airain ; la grappe de raisin portée sur une perche.	Encore autant de figures de la croix.
ibid. Le fer de la hache remontant vers le morceau de bois jeté dans l'eau par Élisée.	Le genre humain arraché à l'abîme par la croix et le baptême.
ibid. Jonas précipité du vaisseau pour trois jours dans le ventre du monstre.	La descente du Christ de la croix au tombeau.
638 A. Le thau qui marque et protège les Israélites fidèles.	La croix, signe de salut et marque distinctive des chrétiens.
639 A. Juda attache à la vigne son ânon, et lave son manteau dans le sang de la grappe.	Le corps du Sauveur attaché au bois et arrosé de sang.
639 C. Noé enivré, et tourné en dérision à cause de sa nudité.	Le Christ dépouillé de ses vêtements, et objet des moqueries du peuple juif.

***

Bien que G. Wolhenberg ait déjà mis en relief un certain nombre des autres particularités que présente notre Commentaire, quelques-unes semblent lui avoir échappé, qui méritent cependant d'attirer l'attention. Je les rangerai sous trois chefs principaux.

PHILOLOGIE. Il n'y a guère à signaler que quelques formes assez rares ou même tout à fait inconnues, telles que : *amaricari* 593 A, *aquilonares* tenebras 625 C, *cena pura* 624 A, *caenositas* 624 C, *discipulatus* (substantif) 641 D, *expalmari* 635 D, cibi *locustini* 592 B, mellis *siluestrici*, ibid., *tristificari* 633 B. Wohlenberg remarque que l'auteur connaît déjà l'étymologie *Maria* = *stella maris* 640 D, ce dont Bardenhewer ne s'est pas aperçu dans son opuscule « Der Name Maria ». J'ajouterai qu'il emploie pareillement les expressions techniques, au point de vue chrétien, de *vita actiua*, *vita contemplatiua* 642 B. Et il est assez curieux de trouver également chez lui le proverbe devenu banal sous cette forme quelque peu modifiée : « Errare humanum est, perseuerare diabolicum ». Le pseudo-Jérôme l'énonce ainsi : *Carnale est cadere, sed diabolicum iacere*, 632 D.

DOCTRINE. Comme d'autres l'ont déjà fait remarquer, le commentateur, sans se désintéresser complètement des luttes dogmatiques, porte plutôt ses préférences vers le côté moral. En fait

Digitized by Google

d'opinions personnelles en ce genre, il professe ouvertement que « les péchés passés ne nuisent point, dès lors qu'on n'y sent plus d'attachement [1] ». Particularité plus insolite, tandis que tous ou presque tous les auteurs ascétiques antérieurs à s. Grégoire marquent huit vices principaux, ou, comme nous dirions aujourd'hui, huit « péchés capitaux », lui, au contraire, en compte sept, qui correspondent aux sept jours de la semaine, symbole du temps que nous passons sur la terre [2]. Comme Arnobe, son contemporain — son compatriote, peut-être —, il insiste avec une fréquence inaccoutumée sur la réalité du libre arbitre [3]. Ailleurs, il fait mention expresse du « feu du purgatoire [4] ».

DÉTAILS LITURGIQUES. Dans sa brièveté voulue, notre auteur ne laisse pas toutefois de faire quelques allusions d'un certain intérêt aux usages liturgiques du milieu où il a vécu. Ainsi, dans la guérison du sourd-muet, Marc 7, 31 sq., il voit un type du néophyte qui, après le rite de l'*Effeta*, ouvre la bouche pour prononcer la formule de foi : *Credo in deum patrem omnipotentem* [5]. Dès le début du Commentaire, il avait fait remarquer que « les catéchumènes reçoivent du prêtre le commencement de l'initiation, mais sont oints du chrême par l'évêque [6] ». Relativement à l'Eucharistie, il atteste à la fois, et l'usage de mélanger le vin avec de l'eau dans le calice [7], et la croyance à ce que la théologie catholique désigne depuis le XIIe siècle sous le nom de transsubstantiation. Il emploie, lui, le terme de *transfiguration*, et l'entend, non du changement du pain au Corps de Jésus-Christ, mais bien de la transformation en pain de ce même Corps [8]. Le plateau sur lequel est apportée la tête du Précurseur évoque en lui le souvenir du disque eucharistique, qui sert à l'autel pour la fraction de l'hostie et la communion [9]. Il distingue trois sortes de chants auxquels le néophyte prête l'oreille, lors de son introduction dans l'Église : les hymnes, les cantiques et les

1. Peccata praeterita non nocent, quando non placent 641 D.
2. Septem etenim nobis necesse est delere uitia per paenitentiam uelut mala genera 592 A.
3. Libertatem hic arbitrii indicat 615 D ; in libertate arbitrii dubitantem inter uitam et mortem 621 B ; Peregrinatio dei libertas est nostri arbitrii 623 D.
4. et illic purgatorio igne examinatur 618 A.
5. Col. 612 A.
6. Unde catechumeni, hoc est, instructi incipiunt per sacerdotem et chrismantur per episcopum 592 C.
7. formans sanguinem suum in calicem uino et aqua mixtum, ut alio purgemur a culpis, alio redimamur a poenis 632 A.
8. Accepit Iesus panem, et benedicens fregit, transfigurans corpus suum in panem (ibid).
9. Corpus Iohannis sepelitur, caput in disco collocatur : littera humo tegitur, spiritus in altari honoratur ac sumitur 608 C.

Digitized by Google

psaumes[1]. A la page suivante, il parle de « l'année du nouveau testament avec ses *quatre temps* »[2]. Il fait observer que l'homme, soit qu'il nage sur les eaux, soit qu'il s'adonne à la prière, tient les bras en forme de croix[3] (l'orante). Marie-Madeleine, qu'Arnobe range parmi les matrones, est qualifiée par lui du titre de « veuve »[4].

***

Essayons, pour finir, de grouper les traits qui caractérisent la physionomie de l'auteur, ceux qui peuvent, notamment, nous aider à déterminer à quelle époque, dans quel milieu, il a vécu.

G. Wohlenberg constate qu'il a connu et utilisé, quoique non d'une façon exclusive, la traduction biblique de s. Jérôme ; d'où l'on peut conclure avec raison qu'il a vécu après 405. Quant au *terminus ad quem*, il n'est pas aussi facile à préciser. A propos de Marc 5, 19-20, il est question de « l'empire romain » comme s'il existait encore[5], ce qui semblerait indiquer une date antérieure à l'an 476. Cependant Wohlenberg préfère assigner une époque beaucoup plus basse, et cela pour deux raisons. D'abord, parce que le commentateur reconnaît l'Église romaine comme sa « mère », et proclame ouvertement la primauté de Pierre : ce qui ne peut guère se concevoir, paraît-il, avant le pontificat de Léon le Grand ou même de s. Grégoire. Il n'y a pas là, véritablement, de quoi créer une grosse difficulté. Mais voici : le pseudo-Jérôme, si peu lancé, comme on l'a vu, dans les controverses dogmatiques, témoigne par contre un intérêt visible pour la question du *terminus paschalis* ; en quoi il pourrait se rattacher au mouvement dirigé par l'archevêque Théodore de Cantorbéry. Bref, on ne demanderait pas mieux que de faire honneur de notre Commentaire à l'abbé Hadrien, le compagnon et bras droit du dit Théodore dans l'organisation définitive de l'Église anglo-saxonne.

C'est aller, peut-être, un peu vite en besogne. On n'a pas attendu le septième siècle pour s'occuper en Occident du comput pascal : dès le cinquième, précisément, la question était très actuelle à Rome, où surgissaient sans cesse de nouvelles difficultés entre le comput alexandrin et l'usage romain. Les tables pascales dressées à Rome en 457 par Victorius d'Aquitaine ne firent qu'accroître la

1. Apertae sunt aures eius ad hymnos et cantica et psalmos 612 B.
2. Quattuor milia, annus est noui testamenti cum quattuor temporibus 613 D.
3. Homo natans per aquas, uel orans, forma crucis uehitur 638 A.
4. Per uiduam Mariam Magdalenam et ceteras matres 640 B. Cf. *Rev. Bénéd.*, XXVII (1910), p. 159, note 2.
5. dum a Romano nunc regno Iudaei conuertuntur 606 B.

Digitized by Google

confusion : celle-ci ne cessa qu'à partir de 525, à la suite de l'adoption du comput alexandrin sous la forme que lui avait donnée Denys le Petit. Or, que dit en l'espèce l'auteur de notre Commentaire ? Qu' « il ne faut jamais célébrer la Cène du Seigneur avant la quatorzième lune [1] ». Il est donc d'accord avec les plus anciens computistes romains, notamment avec le rédacteur du Cycle pascal de 354-437 [2], tandis que déjà Victorius essayait d'autoriser l'usage alexandrin de célébrer la Pâque le dimanche qui suit la quatorzième lune, cette lune fût-elle un samedi [3]. Ainsi, il résulterait plutôt de ce détail que notre auteur a dû vivre au Ve siècle.

Il le faut bien, d'ailleurs : car — je m'étonne que ce point ait échappé à la critique consciencieuse de Wohlenberg — le Commentaire sur s. Marc doit avoir circulé en Gaule dès la première moitié du sixième siècle, et ce, déjà sous le nom de s. Jérôme. Dans un sermon sur le sacrifice d'Isaac [4], S. Césaire d'Arles mentionne, à propos du Calvaire, la tradition suivante :

> Beatus Hieronymus presbyter scripsit, ab antiquis et senioribus Iudaeorum se certissime cognouisse, quod ibi oblatus est Isaac, ubi postea dominus Christus crucifixus est.

Les Mauristes, qui ont donné ce sermon dans l'Appendice du tome V de s. Augustin, tout comme A. Engelbrecht, qui l'a inséré dans son édition de Fauste de Riez [5], opinent avec raison qu'il s'agit ici de notre pseudo-Jérôme, lequel dit en effet sur s. Marc, c. 15 : « Et perhibent Iudaei quod in hoc montis loco immolatus sit aries pro Isaac » etc. (638 B).

Encore une fois, il ressort de ce témoignage que notre auteur a dû écrire au cours du Ve siècle. C'est aussi l'impression qui se dégage du style et de tous les indices internes : nous sommes bien dans le milieu d'Arnobe le Jeune et du pape Xyste III, à une époque où l'on peut encore, sans exciter trop de suspicion, revendiquer hautement les prérogatives du libre arbitre.

Et le Commentaire a été écrit à Rome, la chose n'a jamais fait de

1. ut nos numquam cenam domini ante quartam decimam lunam faciamus. Qui facit in quarta decima resurrectionem, in undecima luna cenam domini facit : quod numquam inuentum est in ueteri nec nouo testamento 632 C.

2. Publié par Mommsen, *Chronica minora*, t. I. 740, l. 37 : « Dies cena purae ne ante luna XIIII incurrat ».

3. Édit. Mommsen, ibid. p. 680.

4. Migne 39, 1751 A (Serm. 6 de l'Append. de s. Augustin, n. 5).

5. C. S. E. S. t. XXI, p. 296 sq.

Digitized by Google

doute pour moi [1]. Comment expliquer, sans cela, à une pareille époque, l'attachement si spécial dont il témoigne pour l'Église romaine, attachement qui rappelle tout à fait celui dont Arnobe fait preuve dans ses écrits ? C'est « à l'Église romaine » que, d'après une interprétation mystique de Marc 6, 28, le Christ est remis après sa séparation d'avec le peuple Juif [2]. La Chananéenne qui prie Jésus en faveur de sa fille, « c'est l'Église romaine notre mère, EST MATER NOSTRA ROMANA ECCLESIA », implorant pour la population barbare d'Occident le don de la foi qui la transformera [3]. Et le maître de la demeure où le Seigneur va faire la Pâque, « c'est l'apôtre Pierre, PETRUS EST APOSTOLUS ; c'est à lui que le Seigneur a confié sa maison, afin qu'il n'y ait qu'une même foi sous un seul pasteur : UT SIT UNA FIDES SUB UNO PASTORE [4] ».

Mais il ne semble pas avoir été romain lui-même. A la façon dont il parle à plusieurs endroits de la *Syrophoenissa* et de ses petits [5], des rapports de l'Occident barbare avec l'Église-mère, on dirait plutôt qu'il appartenait à celui-ci, ainsi que son entourage. L'impression devient encore plus forte, au passage où il reconnaît dans Sidon, nom propre qui signifie *chasse*, sa propre nation, sauvage et indomptée : QUAE FERA INDOMITAQUE NOSTRA NATIO EST [6].

Il fait d'ailleurs, dès le début, profession de pauvreté, se comparant à la veuve indigente qui met dans le tronc ses deux petites pièces de monnaie. Ses disciples aussi sont des pauvres, qui attendent de sa pauvre besace de quoi soutenir leur existence [7]. Car il est manifestement à la tête d'une communauté religieuse, et il se plaint quelque part de ce que les soins à donner aux frères l'obligent à abréger son Commentaire [8].

Il n'est guère à espérer qu'on parvienne jamais à identifier avec

1. Je ne puis comprendre pour quel motif Wohlenberg, après avoir déclaré « possible » cette provenance romaine de notre Commentaire, ajoute aussitôt qu'elle ne lui paraît point probable (p. 459).

2. Caput legis, quod est Christus, de corpore absciditur proprio, id est, Iudaico populo, *et datur* gentili puellae, id est, Romanae ecclesiae 608 C.

3. Mulier rogat pro filia : quae est mater nostra, Romana ecclesia ; nata daemoniaca, barbarica est Occidentalis natio 611 B.

4. Dominus domus Petrus est apostolus : cui dominus domum suam credidit, ut sit una fides sub uno pastore 631 B.

5. *Has de* mensa diuitum mitto micas, quas catuli mei auide cum Syrophoenissa flagitant anxia pro nata 589 A. Cf. 641 B.

6. col. 611 C.

7. *Ego* uero similis pauperculae uiduae duo minuta in gazophylacium mittenti, discentibus meis pauperculis ac si de paupere pera sperantibus alimenta... 589 A. Migne a : *ac de paupere paupera s. a.*

8. Curis fratrum occupatus Marcum euangelistam explanare ut uolui non ualui 596 B. — Avec ces mots commence, dans certains manuscrits, la seconde homélie. Cf. *ci-dessus*, p. 353, note 1.

Digitized by Google

certitude le personnage qui se cache sous le pseudo-Jérôme. Mais, du moins, nous pouvons affirmer de lui ceci, sans crainte de nous tromper : il a dû être quelqu'un de ces nombreux fugitifs venus à Rome, au courant du Ve siècle, d'une contrée de l'Occident occupée par les barbares, de la péninsule des Balkans, probablement [1]. Dans la capitale de ce qui restait d'empire, il a régi et instruit une famille de moines, en union étroite avec le siège apostolique. Les pages qui nous restent de lui donnent l'impression de quelque personnage comme ce prêtre Pierre dont la fameuse inscription de Sainte-Sabine retrace la carrière en termes si touchants : « Illyrien d'origine, élevé dès le berceau dans la demeure du Christ, il se montra riche pour les pauvres, pauvre à l'égard de lui-même ; et, à l'époque où Célestin occupait avec éclat le premier siège épiscopal de l'univers, fonda cette basilique de l'Aventin que nous admirons encore aujourd'hui [2] ». Si ce n'est lui-même qui a écrit notre Commentaire sur s. Marc — l'hypothèse en soi n'a rien d'invraisemblable — c'est du moins quelqu'un de son temps et de son milieu, peut-être originaire du même pays, et qui, comme lui, avait embrassé une vie de privations en compagnie de pauvres, « dans l'espérance des biens que réserve la vie future ».

D. G. MORIN.

1. Ce qui me le fait croire, c'est, outre sa mention de « la nation barbare d'Occident » et ses points de ressemblance avec Arnobe, le fait qu'il a, avant tous les auteurs connus, utilisé le *Carmen paschale* de Sedulius. Ce poème, composé dans l'Illyricum latin dès 430 environ, à l'intention d'une communauté ecclésiastique ayant à sa tête le prêtre Macedonius, ne paraît avoir été édité officiellement que vers la fin du Ve siècle par Astérius, le consul de l'année 494.

2. Cf. Grisar, *Analecta Rom.*, p. 88 et planche I, 2.

Digitized by Google

MARTYROLOGIUM PHARPHENSE EX APOGRAPHO CARDINALIS FORTUNATI TAMBURINI O. S. B. CODICIS SAECULI XI

(Suite et fin.)

Kal. novembris.

Princ. K. Memoria omnium Sanctorum. Petente namque Papa Bonifacio, iussit Focas imperator in veteri Fano, quod Pantheon vocabatur, ablatis ydolatriae sordibus, Ecclesiam Beatae Mariae semper Virginis et omnium Martyrum fieri, ut ubi quondam omnium cultus daemoniorum agebatur, ibi deinceps memoria fieret omnium Sanctorum, quae ab illo tempore kalendis novembris in Urbe Romana celebris et generalis agitur. Sed et in Gallis, monente sanctae recordationis Gregorio Pontifice, piissimus Ludovicus imperator omni regno et imperio suo, episcopis consensientibus, statuit, ut solemniter Festivitas omnium Sanctorum in praefata die annuatim perpetuo ageretur; quam sanctam constitutionem reverentia mox suscepit omnis Ecclesia. Post quem beatae et dignae memoriae ab omnibus Ecclesiasticis viris Karolus, Filius eius recolendus, hanc in omni regno suo, et maxime in Monachorum Coenobiis, reditibus superadditis, ampliavit.

Eodem die passio Sancti Caesarei [1] diaconi et Iuliani presbyteri, quos tempore Claudii iussit Luxurius mitti in saccum et praecipitari in mare. In Castro Divione Sancti Benigni presbyteri [2], qui tempore

1. Caesarii memoria, celebri cultu Romae habita, apud A solemnitati omnium Sanctorum adiungitur. Eius nomen invocatur jam in Litaniis BC, post diaconum Vincentium. Ecclesiae in Registro pharphensi Caesario dicatae recensentur : a) Anno 755. Teuto episcopus permutat Fulcoaldo abbati nonulla bona. *Actum ad sanctum Caesarium in Sabinensi territorio.* (*Reg.* II, 46).

b) Ecclesia Sancti Caesarii prope Gabinianum, pagum haud dissitum a pharphensi territorio, memoratur anno 1061. (*Reg.* IV, 317 ; Galletti, *op. cit.*, 15 sqq., not. 2).

c) Ecclesiam sancti Caesarii et sancti Benedicti in comitatu tyburtino donant Berardo Abbati I Comites Castri Monticelli, anno 1062. (*Reg.* IV, 320-21).

In Lectionario B. Benignus martyr et Marcellus « *parisiacae civitatis episcopus* » locum hodiernn die obtinent.

2. Hodie et apud B colitur.

Digitized by Google

Aureliani imperatoris sub Terentio Comite gloriosum consummavit martyrium. Fulda Dedicatio Basilicae majoris [1] Bonifacii episcopi et martyris, et translatio corporis illius. Item eodem die passio sanctae Mariae Virginis et Martyris.

Parisiis Depositio Sancti Marcelli episcopi et confessoris. Romae passio sanctorum Eustachii et uxoris ac filiorum eius.

IIII nonas novembris.

L. Passio Sancti Victoris episcopi et Martyris et Depositio Sancti Ambrosii Abbatis [2]. Fulta, in Basilica praetiosissimi Christi Pontificis et Martyris Bonifacii, Dedicatio subteriorum cryptarum, et in occidentali eius Basilica, consecratio altaris Sancti Benedicti Abbatis [3].

III nonas novembris.

M. Natalis Sancti Huncberti episcopi et confessoris.

Alibi Sancti Quarti Apostolorum discipuli; et in Germania Sancti Pirmini episcopi; XII L. et in Savinis, in coenobio Sanctae Mariae [4], Natalis Sanctorum Valentini et Hilarii [5].

---

1. Rhabanus : « In monasterio Fulda, dedicatio ecclesiae... »

2. Agaunensia sane elementa.

3. Reliquiae recensionis Fuldensis in laterculum derivatae.

4. Inter reliqua Deiparae Virgini monasteria in Latio et in Sabinensi agro dicata, peculiaris coenobii nostri, antiquitate, celebritate et relligione titulus ; ita ut nonnisi serius a Pharphare fluvio nomen mutuaverit. Antiqua sane tabularii nostri monumenta iugiter vocant : « *Monasterium sanctae Mariae Savinis* (*Reg.* II, 86, 87, 107), vel interdum : « *in Acutiano* » (*Reg.* II, 70, 209) ; immo, anno 844, diplomate Hilderico abbati concesso (Reg. II, 242) Hlotarius rex vocat : « *Monasterium cujus vocabulum est in Sabinis, in loco nuncupato Acutiano, constructum in honorem dei genitricis, semperque virginis Mariae* ».

5. Ultimo quidem loco, sed primaeva manu Valentinus et Hylarius martyres enunciantur, quorum corpora ab ecclesia sancti Valentini in Silice, via Cassia, haud longe a Castro Viterbii, prope pontem Camillarium, « *cum debito honore levavit Sichardus, abbas venerabilis monasterii sanctae Dei Genitricis et semper virginis Mariae, sito Savinis, et conlocavit in oratorio quem ipse construxit et coniunxit aulae eiusdem Dei Genitricis et semper Virginis Mariae, pariter cum corpore sancti Alexandri, filii sanctae Felicitatis, quod denique corpus sancti Alexandri, concedente praefato domno Gregorio (IV) papa, de Roma adduxerat, cujus scilicet oratorii dedicatio ibidem celebratur III kal. ianuarias* ».

Illorum Actibus pharphensibus, unde ista deprompsimus (Breviar. B, saec. IX-X) similia omnino proferunt mss. sign. 139, 149 Bibliothecae Cassinensis. (Cf. *Florileg. Cassinense*, III, 160) ; quae demum ex unico fonte coaevo, libello scilicet « Constructionis » circa annum 860 derivarunt : « *Oratorium hoc, quod cernimus, in honore Domini Salvatoris, adiunctum huic ecclesiae sanctae Mariae, ipse construxit, ubi corpora sanctorum Valentini et Hilarii martyrum, de Tusciae partibus translata, cum corpore sancti Alexandri Martyris honorifice sepelirit* » (*Construct. Farf.*, — ediz. Balzani — I, 22, not. 1.)

Ex quo eodem constructionis Libello, quae saeculo XI labente Gregorius Catinensis suo Chronicon de Sichardi abbatis opere inseruit, fere ad verbum derivavit.

Lectio igitur hodierna nostri Laterculi, communis coeteroquin martyrologio Vaticano ab Andreucci in medium prolato (*Notizie istoriche dei gloriosi santi Valentino prete ed*

Digitized by Google

Ilario diacono, martiri viterbesi e primi apostoli di quella città (Roma, 1740) : « *in Savinis sanctorum Martyrum Valentini et Hilarii* », uberioribus, quae congerimus, fulcienda videtur argumentis, quibus translatio Sacrorum Corporum a sua Basilica via Cassia ad monasterium Pharphense invicte comprobatur.

Si enim, Valentini et Hilarii illatio in Sabinense archisterium ultro nunc ab historicarum rerum peritis admittitur, ex illorum tamen agmine non desunt qui, hodierna sacrorum Pignorum possessione Pharphensibus denegata, ut Viterbiensibus concivibus morem gerant, posterum translationem Viterbium anno 1303 suo Marte inducunt.

Si fidem unicus testis meretur, hujus reditus historiam, coaevis prorsus incognitam scriptoribus, primum vulgatam anno 1612 a Laurentio Massimo, libro cui titulus : « *Martyrium Sanctorum Valentini, Hylarii et Tranquillini, quorum corpora in ecclesia cathedrali Viterbiensi requiescunt* » Viterbii, Apud Discipulum, Anno 1612., praevenisset sollicita pietas Cardinalis Iohannis Francisci Gambara, episcopi Viterbiensis et Civitatis Tuscaniae, qui, eodem Massimo teste, anno 1567, ingenti sumptu instaurata Cathedrali Ecclesia viterbiensi, ad laevam, sub ara novi sacelli, arcam marmoream Reliquiarum Valentini et Hilarii condidisse asseritur.

Cordatos omnes, inter ipsos Viterbienses cives, quaestio tamen movet, undenam Sacrata Pignora, omnibus antea inculta, Episcopus optimus transferenda repererit, cum Ecclesiae Viterbiensis Tabularium, praeter Canonici cujusdam Magri ms., anno 1567 translationem Cardinalis Gambara referentem, de hujuscemodi negotio prorsus sileat ? Quo argumento undequaque negativo, nemo non videt, jam ab exordio authentiam advectarum Reliquiarum graviter infirmari. (Cf. Feliciano Bussi. *Istoria della città di Viterbo*. Roma, 1742, appendice, p. 446.)

Quod ut luce clarius effulgeat, jam ipsa pharphensis traditionis monumenta, saeculis labentibus sese invicem quodammodo excipientia, in medium lectori candido afferemus.

Abbatiale regimen Sichardus abbas post Ingoaldum subiit circa annum 831, quod usque ad 842 strenue gessit sub Pontifice Gregorio IV (828-+844)

Libellus autem Constructionis Pharphensis non multo post in lucem prodiit, post Hilderici abbatis obitum (857), ante electionem Petri I. (890). (De origine hujus libelli cf. quae in « *Spigolature Farfensi II, Monumenti Istorici e Liturgici* » disseruimus).

Auctoritate igitur scriptoris et temporis prioritate, quae ibi de translatis sanctis Martyribus enarrantur, maximi sunt ducenda.

1. Anno 767, die XVII augusti, Theodorus Viterbiensis emphyteutico iure recipit ab Halano abbate oratorium S. Angeli, quod parentes eius Cunctarius presbyter et Occliavia presbytera monasterio S. Mariae obtulerant. — « *In praesentia leonis sanctissimi aepiscopi ciritatis castri viterbii, et Marini presbyteri tituli sci Gratiliani... Rinculi presbyteri sci Abundii...* ». (*Reg.* II, 49.)

2. Anno 788, mense februario. « *Ego Gairo offero me in monasterio S. Mariae, et Tibi, Altperte abbas, hic facere et adimplere voluntatem vestram, hic in finibus Viterbiensium. Actum ad sanctum Valentinum in Silice* ». (*Reg.* II, 122).

3. Anno 802, mense februario. Gualfredus et Agipertus fratres, Perto filius Nustiole, habitatores *vici antoniani* vendunt « *Domnoni praeposito sancti Valentini.. portionem de Cesabus... sodis... in finibus vel territoriis Viterbensibus* ». (*Reg.* II, 147).

4. Anno 817, mense octobri. Audoinus filius pinzoli, offert monasterio S. Mariae quaedam bona in finibus Viterbiensibus. « *Actum ad cellam sancti Valentini* » (*Reg.* II, 189).

5. Anno 824, mense decembri. Guampulus filius gundonis, donat monasterio S. Mariae et Ingoaldo abbati bona sua in casale Materna, *Camiliano* (locus martyrii Sanctorum Valentini et Hilarii) Piragnana, etc. servata sibi potestate fruendi. « *Et per omnes annos in natale sancti Valentini, mense Novembris dare debeamus denarios VIIII. in caera, aut in oleo qualiter potuerimus* ». (*Reg.* II. 227).

6. Inter annos circiter 860-890. « *Oratorium hoc quod cernimus, in honorem Domini Salvatoris, adiunctum Ecclesiae Sanctae Mariae, ipse (Sichardus abbas) construxit cum crypta deorsum, ubi corpora sanctorum Valentini et Hylarii martyrum de Tusciae partibus translata, cum corpore sancti Alexandri sanctae Felicitatis filii coniuncta, honorifice sepelivit* ». (*Construct. Farf.* (Ediz. Balzani), I, 22).

7. Inter saec. IX-X. — *Supradictorum vero Martyrum Corpora, Valentini videlicet et*

Digitized by Google

Hilarii, de eodem loco in quo usque ad tempora Gregorii quarti Apostolicae sedis praesulis requieverant, cum debito honore levavit Sichardus abbas venerabilis monasterii sanctae Dei genitricis et semper Virginis Mariae sito Savinis, et conlocavit in oratorio quem ipse construxit et coniunxit aulae eiusdem Dei genitricis et semper Virginis Mariae, pariter cum corpore sancti Alexandri, filii sanctae Felicitatis, quod denique corpus sancti Alexandri, concedente praefato domno Gregorio papa, de Roma adduxerat, cujus scilicet oratorii dedicatio ibidem celebratur III kalendas ianuarias. Act. SS. Valentini et Hylarii in Breviario B. Cf. Edita in *Act. SS.*, Novembr. I. 629 ; *Construct. Farf.* I, pag. 22. not. I.

8. Saec. XI. « *Savinis, in Coenobio sanctae Mariae natalis sanctorum Valentini et Hilarii* ». Ipse textus hodiernus laterculi nostri cui consonat :

9. Codex Vaticanus Martyrologii citatus ab Andreucci : « *In Savinis, sanctorum martyrum Valentini et Hilarii* ».

9a. « Beatorum Martyrum Valentini et Hilarii... *quorum in hac praesenti Ecclesia praetiosa Patrocinia colligere curarimus* ». Ita quidem in Breviar. Pharphensi *ante annum 1060.* Biblioth. Chisianae, (Cod. sign. C. VI, 177) ; verum textus ipse liturgicus multo antiquior videtur, et fortasse Sichardo ipsi coaevus.

10. Anno 1060, die VI iulii. « *Nycolaus sanctissimus papa II, invitatus decentissime a domno Berardo venerabili abbate hujus farfensis Monasterii,... una cum episcopis romanis et aliquantis cardinalibus ad hoc monasterium libentissime venit ad hujus ecclesiae principalia consecranda altaria, hoc est beatae Mariae Dominae nostrae et Domini Dei Salvatoris mundi.* » *Reg. Farf.* V, 291.

11. Post annum 1099. « *Oratorium hoc quod cernimus in honore* etc. » ex constructionis libello repetit Gregorius Catinensis in suo Chronicon Pharphensi Beraldo Abbati dicato. (*Chron. Farf.* ediz. Balzani I).

11. Anno 1084, die XXIIII maii. « *Intus Burgum sancti Valentini,... ante ecclesiam sancti Valentini Heinricus romanorum imperator* » praecipit Rainerio episc. Vercellensi, ut per hostium et clavem investiat Berardum abbatem pharphensem de « *ipsa ecclesia sancti Valentini cum sua pertinentia ad ius ecclesiae sanctae Mariae.* Poena C. libr. auri optimi. *Actum burgo de sco Valentino. Feliciter* ✠ *Ego heinricus dei gratia romanorum imperator augustus subscripsi* ». (*Reg.* V, 100).

12. Anno 1119, die 15 decembris : « Haec sunt ornamenta quae in hac Ecclesia ipso die quo migravit (Beraldus abbas) certissime reliquit... *Vestes IIII altaris domni Salvatoris. Primam praedicti domini H(einrici) regis (IV) : Secundam praedictae Reginae (Agnetis). Tertium pallium rotatum praedicti domni abbatis Beraldi. Quartum pallium cum leonibus* ». (*Reg.* V, 310).

13. Saec. XI... Acta Sanctorum Valentini et Hilarii in mss. Casinensis Tabularii sign. n. 149 et 139, de sacrorum pignorum translatione per Sichardum abbatem eadem fere ad verbum habent, quae Breviarum B. saec. IX-X, licet historia martyrii in plerisque ab isto differat. « *Supradictorum vero Martyrum Corpora valentini et hylarii in eodem loco, etc. unde... lerans ea Sichardus... collocavit in oratorio, etc. de Roma adduxerat. Ad laudem et gloriam Domini, etc.* » — Textum codicis 149 ediderunt Socii Bolland. *Act. SS.*, Nov., I p. 426 collatum cum codice 139 edito in Biblioth. Cassin. Tom. III Florilegii p. 158.

14. Saec. XI. In litaniis saec. XI B^A, B ...: in quibus recensentur Gethulius, Iacynthus, Quiricus aliique coelestes Patroni monasterii pharphensis. — Sancti Stephani et filii eius martyres loco adhuc carent. — *Valentinus et Hylarius simul invocantur*, inter Iacynthum et Mauritium martyres.

15. Anno 1137, die 8 april. Innocentius II et Henricus, Tusciae dux, cives Viterbienses ob dirutum *burgum sancti Valentini*, cujus accolae Romano Pontifici contra ausus impios pseudo-papae Anacleti II favebant, damnant III millibus talentorum. (Cf. Eccardus *Corpus histor. Medii Aevi.* Annalista Saxo. Tom. I. pag. 67. ; Muratori *Annal. d'Italia* ad annum 1137.)

16. Anno 1139, die 18 novembr. Innocentius II Azoni archipresbytero Sancti Laurentii Viterbiensis. « *Quoniam... in reaedificatione Ecclesiae Viterbiensis sancti Valentini, quae, peccatis exigentibus, olim destructa fuit, charitatis intuitu fideliter laborasti.., ius in novum templum concedit.* » (Cf. Orioli. *Florileg. Viterb.*, p. 151 ; Cf. Pinzi. *Gli ospizi Medioevali e l'ospedal-grande di Viterbo.* Viterbo, 1893, p. 97.)

Digitized by Google

17. Anno 1188. Reaedificatum templum, Deiparae invocatio *veterem sancti Valentini substituit.* « *Ego Machabeus, cupiens Ierosolimam proficisci... mihi eredem instituo Johannem nepotem meum in terris de Strata (Via Cassia) ad sanctam Mariam in Silice.* » *(Archiv. Diplom. Viterb. pergam.* n. 991 ; Pinzi. *Op. cit.*, p. 97. not. 3.)

18. Anno 1264, die 10 octobr. *Domina Maddalena offert se et sua Deo et hospitali sancte Marie in Silice de Viterbio, in manibus Domini Bartholomei Archipresbyteri Ecclesiae Viterbiensis... Actum in hospitale. (Archiv. Cathedr.-Margarita Cleri.* Vol. I. Pinzi, *Op. cit.*, 98.) — Alias oblationes 28 decembr. 1287, 27 octobr. 1320. refert *loc. citat.* Pinzi.

19. Anno 1499 in Kalendario Pharphensi A., III novembris festus dies indicitur « *Valentini et ilarii Martyrum* », dum adhuc illorum « *corpora in praesenti requiescunt ecclesia* », prout in oratione Breviarii enunciatur.

20. Post unitum anno 1567 a Pio V monasterium Pharphense Congregationi Cassinensi, sicuti vetus monachorum familia, ita et liturgicae traditiones etc. regimini centralistico cessere ; nil mirum si post Tridentini Concilii Reformationem, et post liturgicam breviarii unitatem a Cassinensibus Patribus sollertius inductam, nullum in Pharphensi Archisterio superfuit vestigium de antiqua Sichardi abbatis et Monachorum eius in Sanctos Martyres relligione. Cf. Epistulam Augustini Randini abbatis Farfensis Andreuccio, anno 1740, 17 ianuarii, qua negat *ullam penes suos monachos* Sanctorum Valentini et Hilarii superesse memoriam, neque officium, neque illorum commemorationem Pharphae agitari affirmat. — Cf. Andreucci *Op. cit.*, n. 142, pag. 92. At probabile est Laterculi L. scribam Reliquias « *Sanctorum Martyrum Victoris et Hylarii* » recensentem, mendose Nostrorum Valentini et Hylarii nomina intrepretasse.

21. Anno 1612 in opusculo Laurentii Massimo, cui titulus : « *Martyrium Sanctorum Valentini, Hilarii et Tranquillini, quorum corpora in ecclesia cathedrali Viterbiensi requiescunt. Collectum per Johannem Laurentium Massimum, eiusdem Ecclesiae Archipresbyterum.* » — Viterbii apud Discipulum, anno 1612. — « *Interim falsus nonnullorum clericorum erupit rumor, eorum nimirum in Ecclesiis Corpora sanctorum custodiri, eam praetexentes causam quod natalitius eorum dies, qui III nonas novembres dicitur, majori apud se populi fraequentia quam alibi uspiam exciperetur* ». Cf. *Act. SS.*, Nov. I, p. 631. Auctor prorsus *ignorat martyrum translationem in archisterium Sabinense* et sacra corpora, ingenue satis, reperta asserit sub ruderibus ecclesiae sancti Valentini in Silice, in suo primaevo sepulchro « *ubi septem et nonaginta supra nongentos annos corporibus requieverant* » ; inducitque nonnullos Viterbiensis ecclesiae sacerdotes, qui anno 1303 « *audientes autem falsos circa id (sepulturam) hujusmodi excitatos rumores, adeo eos adversati sunt et stomachati, ut de sanctorum martyrum corporibus inveniendis magis ac magis solliciti... mox igitur ad pauca diruti Martyrum templi vestigia pergunt* — (Ecclesiam denuo reaedificatam ab Archipresbytero Azone ante annum 1139 asserentem audivimus Innocentium II, et hospitalem aegrotorum domum ibi fundatam perspeximus !) *soloque variis in locis explorato ligonibus, saxeam urnam tandem... invenerunt* ».

Ne igitur, quemadmodum interdum solet, partium studium aut filialis in Archisterium Sanctae Mariae pietas nos abripiat, consulto a conclusionibus abstinuimus, vel potius eas ex praemissis auctoritatibus deducere lectori candido commisimus. Argumenta sane historica bene multa adduximus, quibus Viterbienses historici nonnisi erronea saeculi XVII monumenta opponunt.

Superest ut de antiquo pharphensi oratorio domini Salvatoris a Sichardo abbate erecto, cujus a pluribus saeculis ne vestigium quidem superesse putatur, obiter edisseramus.

Oratorium Sichardi Abbatis extra basilicam *majorem* Deiparae, ei tamen proximum et coniunctum unanimi consensu documenta superius allata indicant ; et quia Altare Salvatoris simul cum ara Dei Parentis sequenti aevo, veluti « Principalia » ipsius Basilicae enumerantur, dicendum est saltem saeculo XI Sacram Mensam Domini Salvatoris, circa principem templi locum, secus absidam vel presbyterium constitisse.

Oratorii nomine, praecipue saeculo VIII, cubiculum quoddam veniebat, ubi Monachi vel clerici, a Fidelium turmis semoti, rerum divinarum contemplationi et precibus vacarent ; recteque in « Constructionis » libello Sichardus, Oratorium Salvatoris et *construxisse* et *coniunxisse* templo majori dicitur ; non enim, quemadmodum recentiorum Capellae, oracula ista antiqua discurrenti per Basilicas populo obvia erant, quorum introitus solis clericis vel monachis per cryptoporticum *interiorem pervius reservabatur.*

Digitized by Google

(Cf. L. Duchesne. *Saint-Denis in Via Lata. Notes sur la Topographie de Rome au moyen âge* IX, in. *Mélang. d'Archéolog. et d'Histoire.* Ecol. Franc. de Rome. XX. fasc. V, août-décembre 1900, p. 320-24).

Sichardianum oratorium, post annum 896 nuspiam commemoratum neque in Kalendariis neque in Lectionariis, Martyrologiis etc., si Hugonis I auctoritatem, certe maximam in rebus historicis pharphensibus, prouti ipsi assiduo jam a nonnullis annis studio circa eadem ipsa Sabinensis Archisterii monumenta comprobavimus, suscipere placet, circa annum 896 Agarenorum direptione et incendio periisse dicendum est: « *Basilicae aliae, absque majore, quinque ibi* (sub Petro I abbate anno 890) *erant, quarum una, quae adhuc stat, in honorem sancti Petri constructa, in usum canonicorum habebatur* ». (*Destruct. Farfensis Hugonis I*, Ediz. Balzani. I, 30 sqq.) — Canonicorum nomine presbyteri vel alii Clerici veniebant, qui ad manualia vel humiliora officia, in coquina hospitum, ad balnea, in infirmaria, in camera Abbatis, in monasterio suscipiebantur. —

Loco Sichardiani sacelli, saltem XI saeculo, in ipsa majori basilica commemoratur altare Domini Salvatoris, heres quodammodo sicuti veteris cultus antiqui oratorii Salvatoris, ita et thesauri, gemmis auroque praetiosiores, sacrorum videlicet cinerum Valentini et Hylarii, quorum, quemadmodum orant monachi in Breviario Chisiano XI saeculi, « in hac *praesenti ecclesia praetiosa patrocinia colligere curavimus* ».

Memoriam consecrationis instauratae a Berardo I abbate Basilicae Majoris, anno 1060, pridie nonas iulias, servat Registrum : « *Nicolaus sanctissimus papa II... venit ad hujus ecclesiae principalia consecranda altaria, hoc est beatae Mariae Dominae nostrae, et Domini Dei Salvatoris mundi* » (*Reg.* V, 291.), immo diruti jam Sichardiani sacelli oblivio eousque progressa est, ut cum ipsa aula Maiori plane confunderetur a pseudo-Nicolao II in bulla apocrypha, Gregorio Catinensi omnino ignota, quam ex chartaceo ms. saeculi XV in lucem edidimus (*Spigolature farfensi* I, 12-13) : « *Deinde Gregorius quartus apostolicus, corpus sancti Alexandri, beatae Felicitatis filii, cum sanctorum multorum Reliquiis ibi concessit, quorum nomina reperimus ; illic residens et eandem Ecclesiam (beatissimae Mariae) consecrans, honestissime dedicavit tertio kal. ianuarias... Post haec vero nos... duo ibi principalia altaria consecrantes...* »

Certe ante saeculum XI nostrorum Martyrum Corpora in majori Basilica translata videntur, si non tantum apud A, testem apprime fidelem antiquae liturgicae traditionis Pharphensis, dicuntur « in praesenti requiescere ecclesia », sed jam in Breviario Chisiano saec. XI B^A illorum « *sacra Patrocinia collecta in hac praesenti ecclesia* » dicuntur. Immo, qui sic inducitur orans : « *quorum, etc., colligere curavimus* », nonne videtur esse ipse ille strenuus abbas Ratfredus, qui circa annum 934, destructo iam ab Agarenis Oratorio Salvatoris, majorem Ecclesiam Sanctae Mariae et monasterium omne restauravit ?

Diuturnae paci et veteri cultui Sanctorum Valentini et Hilarii in Basilica Dei Parae, quibus nova ipsius templi instauratio et sacrae Encoeniae VIII kal. martias anni 1496 pepercere, nocumento fuit proxime insequentium abbatum ex Congregatione Monachorum Cassinensium studium, in reficiendis antiquis Ecclesiae et monasterii aedificiis et altaribus, unde plura tunc temporis extracta sunt Sanctorum Corpora « *il nome de' quali per l'antichità non si è potuto leggere* », sicuti Sacrarii tabulae saeculi XVII testantur.

Hinc evenit ut Martyres, praeteritis Patrum generationibus venerandi, sed vel ab antiquo sepulchro amoti, vel ignoti iaceant sub principe ara secus Thomam, Laurentium et Susannam, vel cum aliis Sanctorum Reliquiis in Sacrario permixti, comm unibus monachorum obsequiis a nobis fraequententur.

Superest ut antequam speciali commentario plene Sichardi Oratorium inlustremus, quibus nunc de Valentini et Hylarii sepulchro coniecturis indulsimus, paucis lectori candido exponamus.

Salvatoris oratorium haud longe quaerendum a principe basilica Dei Parentis, eiusque absida vel presbyterio, ex hucusque disputatis, nemini adhuc dubium posse esse videtur. Quod expresse confirmat auctoritas Archangeli de Alexandris, pharphensis monasterii saeculo XVII chronistae (Chronicon sacri et regalis monasterii Farfensis. Anno 1627. Cod. Vatic-Barberin. sign. 2350. — XXXII-141. — olim 920), qui, ex antiqua fortasse traditione, vel potius, ob repertas tunc in molitione veteris aedificii cellae Abbatum picturas aut rudera alicujus aedis sacrae, haec scribit de abbate Anastasio, anno 1611 : « *Tertio quoque sui regiminis anno, qui fuit Dominicae Incarnationis 1611,*

Digitized by Google

abbatum Claustralium cellam, vetustate collabentem (quo loci antiquitus extabat Divi Salvatoris sacellum vetustissimum a Sichardo abbate XIII aedificatum)... *restauravit...* — Repertae nuper in eadem abbatiali cella picturae, Angeli hinc inde Christo Domino super thronum sedenti assistentes, haud facile Sichardiano oratorio tribui possunt, tum ob nimiam a Basilica majori quae intercidit distantiam, tum ob ipsum opus recentioris aevi (saec. XII), quando scilicet veteris Sichardiani sacelli vix memoria supererat. —

Inter aedem sacram majorem et abbatum cellam, turris Campanaria saeculi IX, licet mutila, hactenus superest, cujus jam a nonnullis annis picturas, quibus antiquitus splendide decorabatur, obiter descripsimus (*Della Basilica di san Martino e di alcuni ricordi farfensi*, in. *Nuov. Bullett. d'Archeol. Cristiana* anno VIII, n. 1-2, p. 53). Hanc igitur turrim, veluti eam quae exactius satisfacit conditionibus topographicis antiqui oratorii Sichardiani, ad praesens lectoribus, vel hypothetice, repraesentare non displiceat.

Ubi nunc ad laevam presbyterii aulae majoris, Sacrarium Sacerdotibus patet, antiquitus aulam saeculo VIII ibi erectam Ecclesiam inter et Claustrum, ipsa construendi ratio, picturae, et, quod majus est, capita marmorea ipsius fornicis, langobardica arte exornata, quibus etiam nunc aula circumscribitur, suadent. Aditus ex aula in oratorium inferius turris Campanariae per *unicam* sane ianuam patebat ex latere aedificii, angustam, minime altam, perpulchre picturis ornatam ; sacellum vero cui introducit haud mediocri fornice est praeditum, lucis radios ex parva fenestra hauriens.

Interiores muri undique picturis exornantur. In pariete introitus vir conspicitur, brevi tunica flava indutus, succinctus, par turturum deferens ad altare, quod ad eius laevam simplici et lineari ornatu, quadrati figura exprimitur. Virum tres alii sequuntur, succincti et barbati, licet tertii vix caput et pectus supersit. Super altare, arcus coelestis rubeus et niger in coelo coeruleo repraesentatur.

Nemo non videt pie sane et perpulchre arcum caelestem, prophetae Noe promissum tamquam signum foederis inter homines et Deum, typum gerere ipsius Christi Salvatoris, per quem post omnium lapsus Divinitati reddimur.

Sensus in pictura expressus hic est : *Noe egressus de arca cum tribus filiis post diluvium « aedificavit altare Domino et tollens de... volucribus mundis obtulit holocausta super altare... et dixit Deus : Hoc signum foederis quod do inter me et vos... Arcum meum ponam in nubibus... Cumque obduxero nubibus coelum apparebit arcus meus in nubibus et recordabor foederis mei vobiscum »* (Genes. VIII, 18-20 ; IX, 12-15).

Majoris sane momenti ea videntur quae in media adversa pariete arcum exornant, sub quo altare, tamquam in principe sede, erectum erat, licet, quo ad majorem partem, alto calcis strato, eoque tenacissimo, antiqua muri facies adhuc obducatur.

Sub medio interiori arcu, haud magno, iisque quae in Romanis subterraneis coemeteriis adhuc cernuntur simillimo, nigra crux eminet, quam hinc inde bini Sancti circumdedisse videntur, ex vestigiis ad laevam viri senis barbati facie, caput flavo nymbo ornati.

Super arcum et altare, paries trina divisione verticali ordinatur ; extremas partes calcis stratus non ita obtigit, ut nullae nymbatae facies appareant, at antiquum murum, vetustate collabentem, nequivimus ad praesens suo robore expoliare. Mediam frontem, flavo ornatu lineari a reliquis distinctam, occupat avis *Phoenix*, nymbo cruciformi caput ornata, sub arcu viridi colore super rubeum fundum distincto.

Vertici typicae avi dictio « *(PHO) ENIX* » supereminet, quam hinc inde, extra arcum, bini angeli in aere circumdant, insigni tuba convocantes ad extremam resurrectionem Fideles, qui venerabundi, genibus in terra flexis, mortis triumphatricem phoenicem adprecantur. Ex quibus, tres distinguuntur monachi, caput caputio obtegentes, reliqui pueri, aliique laici videntur.

Dogmaticus sensus, cui perpulchre innuit reperta imago, neminem profecto fugit, qui phoenicis fabulae, typi Christianae Resurrectionis jam a Clemente Romano, Tertulliano et a Patribus bene multis predicatae, reminiscitur. Quemadmodum enim phoenix, ex propriis ipsa cineribus, ad novam iugiter vitam instauratur, ita Christus, Resurrectionis gloriam in crucis contumelia sevit, fuitque mors Eius argumentum et causa omnium nostrum Resurrectionis. Egregie sane Gregorius I populo romano Psalmistae illud exponens : « *Iter facite ei qui ascendit super occasum* » : « *Super occasum namque Dominus ascendit, quia, unde in passione occubuit, inde majorem suam gloriam resurgendo manifestavit* » (In Evangel. Homil. XVII).

Digitized by Google

Ipsum Clementem audire praestat : « Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ Δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκρῶν ἀναστήσας.... ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ.... γενόμενόν τε ἤδε πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν αὐτὸ.... τελευτᾷ. Σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς σκώληξ τις γεννᾶται, ὁς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος πτεροφυεῖ.... Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν ὁσίως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ; » (*Clementis Romani epist. ad Corinth.* Cap. XXIV-V, iuxta edit. Biblioth. Sanctorum Patrum. Romae, series I, vol. I, p. 156-58 ; cf. notas collectas apud Migne. *Patrolog. Graec.*, I, 261, sqq. ; Creuzer, *Symbolik. und Mitholog.*, edit. III, v. II, pag. 163 ; Piper, *Mythol. der Christl. Kunst*, 1847, I, 446, sqq.)

Hinc, et super mortuorum tumulos phoenicum exculptarum, musivo opere in basilicis expressarum, quam plurima supersunt vetera exempla.

In absida Romanae aulae Sanctorum Cosmae et Damiani, circa annum 526 sub Felice IV, Christo coelum scandenti phoenix advolat, et, quod audacius est, caput Eius nymbo Divinitatis obtegitur, eo prorsus modo quo expressum exhibetur in Basilica Transtyberina sancta Caeciliae, sub Paschale I Pontifice.

Verum, substitutum prorsus a Phoenice Christum Dominum, quod prioribus saeculis vix verecunde innuebatur, depicta paries pharphensis oratorii diserte exhibet ; et ne dubium aliquod interpretanti superesset, non nudo Divinitatis nymbo, sed Cruciformi, phoenicis nostrae caput circumdatur, eiusque nomen, veluti alter novusque titulus Crucis, media parietis fronte, capiti sacrae Avis imponitur : PHOENIX (cf. Martigny. *Dictionnaire des Antiquités Chrétiennes*, Paris 1865, p. 534-36).

Semel viam audacissimae et typicae substitutionis phoenicis Christo Domino, — cuius coeteroquin praecipua elementa jam in graphica Christiana traditione seorsim repererat — ingressus pictor, strenue progressus est, et symbolicos delectatus videtur undequaque congerere sensus. Phoenix inducitur non solum causa Resurrectionis omnium nostrum, verum et iudex hominum statuitur, cui proinde assistunt in aëre angeli, tuba mortuos undique ad examen convocantes. Nil mirum proinde si mortales, genibus provolutis, sacram avem adorant, Cujus sibi mereri gratiam exoptant.

Quod Martyrum sepulchro imponeretur nil sane aptius reperiri potuit ; ipsos namque martyres jam a prioribus saeculis, praecipue in Romanis coemeteriis, Christiana traditio Christo Domino iudicanti mortuorum animas, sociaverat, sive *advocatorio munere*, sive *dominicum executuros iudicium*. Est igitur detecta paries oratorii pharphensis saeculi IX monumentum omnium praetiosissimum, *novo, distincto et absolutissimo nexu exhibens archaica Christianae Fidei Symbola*, graphica traditione invecta quidem et exculta, sed nuspiam tam eximia potentique synthesi repraesentata.

Picturae reliquarum parietum, vel vetustate corruere, vel fragillimo adhuc glutino et nexu muro adhaerentes, tenaci calcis stratu detegere nequivimus. In pariete laterali, recta, sancti Constantii evanidum fere nomen, albo colore super coeruleum, vix interpretare quivimus :

S
S
C
O
N
ST
AN
TIV
S

Ratio Sanctitatis titulum ita breviandi ($\frac{S}{S}$) saeculo IX propria, eadem est ac in oratorio sancti Silvestri (saec. IX) in Specu Sublacensi sancti Benedicti. Ex antiquis martyrologiis Constantios plures novimus. Praeter Aquinatem episcopum, sancto Benedicto coaevum, (Gregorii I *Dialog.* Lib. II, 16) — iudicium Cardinalis Tamburini de nova illius vitae legenda Breviario Aquinatensium inserenda, inter eius Miscellanea continetur — quem jam recensitum in martyrologio sancti Willibrordi, annuo cultu kalendis septembribus Cassinenses saeculi VIII venerabantur (cf. G. Morin, *Op. cit.*, p. 55, not. 2), tres alios celebriores « Constantios » novimus : episcopum videlicet et Martyrem Perusinum (III

Digitized by Google

kal. februar. cf. *Act. SS.*, Jan. III. 539), Beneventanum (?) praesulem, (Prid. id. majas. cf. *Act. SS.*, Maii III, 573) et quem, proximi Pharphensi territorio, *Marsi* colunt simul cum martyribus Simplicio et Victoriano VII kal. sept. (*Act. SS.*, Aug. V, 778 sqq.). Anceps iudicium relinquitur, quinam inter multos Constantii nomine appellatos in oratorio pharphensi locum honoremque meruerit; gemmata tamen corona, quam prae manibus defert, martyrem insinuat.

Binae fenestrae exiguo foramine, depictas parietes lumine collustrabant, eratque locus satis amplus, nec humili fornice instructus, super quem alterum erigebatur oratorium, in ipsa sacra turri, inferiori sacello prorsus simile. Istius parietum picturae fere omnes vetustate hominumque adverso ingenio jamdiu corruere, solaque superest Nativitas, uti videtur, beatae Virginis Mariae, plures viri et mulieres prope anum, cujus caput nymbo decoratur, quique recentem eius sobolem lavacro reficere deprehenduntur.

Altare sub magno arcu, Sanctorum imaginibus, cujus vix reliquiae supersunt, decorum, adversa ad ianuas facie erigebatur. Sacellum duabus ianuis, picturis affabre ornatis in pariete patebat; duabus aliis hinc inde bina oratoria sacrae turri et sacello coniungebantur.

En igitur prostant elementa omnia, quae vix negaveris satis apte convenire unice sacello Salvatoris a Sichardo Abbate erecto; *oratorium interius, aulae majori* Deiparae *proximum*, « *cum crypta deorsum* », picturis *saeculi IX* distincta.

Certitudinem omnimodam, numerisque omnibus absolutam coniecturis hisce nostris inesse, ultro negamus; et sane, sacellum Sichardi erigi quidem potuit *retro* ipsam majoris aulae *absidam*, quae, sicut in Basilica romana sanctae Mariae Maioris, minime tunc fuisset muro undique clausa, sed ita marmoreis columnis suffulta, ut ex presbyterio aditus ad oratorium pervius foret. Immo, quemadmodum in « *Matroneo* » sanctae Mariae Maioris, post ipsam Pontificalem Cathedram, ita ut mulieres cum suis clericis ipsum Summum Pontificem loquentem audire possent (cf. M. Armellini. *Op. cit.*, 230), eodem prorsus modo, sacerdoti in aula pharphensi sacra operanti, altare Salvatoris ita patuisset, ut Martyrum sepulchrum, locum quodammodo confessionis ipsius Basilicae videretur supplere.

Similem fere viam iniisse hoc eodem saeculo VIII Cassinensem abbatem Petronacem multis confirmat Clariss. Morin (*Op. Cit.*, 20-21). « *In Ecclesiae beati Martini, quam parvulam reperit, sexdecim ferme cubitos auxit, ibidemque absidam efficiens in honore beatae Mariae semper virginis et sanctorum Faustini et Jovitae, in ea altarium statuit, in quo etiam et brachium unius illorum, quod secum de Brexia asportaverat, decenter recondidit.* » (*Chron. Cassin.*, 1, 4; *P. L.* CLXXIII).

Neque tamen hac via omnis evanescit difficultas, nam sive Liberianum Matroneum, sive Petronacis absida, minime censentur nova aedificia a basilicis sanctae Mariae Maioris et Sancti Martini Cassinensis distincta, quemadmodum sacellum pharphense describitur; et vix intelligi potest quaenam imminuit Sichardo nostro necessitas, ita majorem absidam ingentis operis molitione perforandi, chorique sedes longius removendi, cum translata Valentini et Hylarii Ossa aeque decenter, immo convenientius potuisset in basilica sanctae Mariae recondere.

Praeterea, istius generis absidae perforatae et columnis marmoreis suffultae, vix non semper aedilem, quae a Sichardo abfuit, necessitatem supponunt, neque aptius hac ratione explicatur cur post saeculum IX, nullibi prorsus de Sichardiano sacello mentio fiat, sed iugiter summo honori habeatur erectum *in aula Sanctae Virginis Mariae* altare Salvatoris, sub quo fortasse recondita venerabantur sacra ossa Sanctorum Valentini et Hylarii, quae ante saeculum XI monachi, iuxta Breviarium Chisianum, « *in hac presenti ecclesia colligenda curarunt.* »

Allata denique superius documenta, ipsam novi sacelli erectionem probe distinguunt ab opere quo ab eo aditus ad majorem basilicam parabatur: « *Oratorium adiunctum ecclesiae.... ipse construxit et coniunxit aulae... eiusdem Dei genitricis* », quod si non satis apte adfirmatur de productione spatii basilicae sanctae Mariae per perforationem absidis majoris, bene omnino repertae nunc turri Campanariae congruit.

Immo ipsa sacrae turris erectio et oratoria inibi statuta uni Sichardo abbati tribui posse videntur, qui, non solum in epitaphio celebratur:

« *Haec loca prudenti construxit et ordine miro.* »

Digitized by Google

Pridie nonas novembris.

N. Rodomis Natalis Sancti Amandi episcopi et confessoris, cujus gesta habentur. In Capua Sancti Germani episcopi, cujus Sancti, sicut refert Sanctus Gregorius, Beatus Benedictus vidit animam in sphaera ignea ab Angelis in Coelum deferri [1]. Dedicatio Altaris Sancti Benedicti [2].

Nonas novembris.

O. In Terracina, Campaniae Civitate, Natalis Sanctorum Felicis presbyteri et Eusebii monachi, qui cum sepelissent sanctum Caesarium et Iulianum, a Leontio tenti sunt et multis tormentis afflicti, ad ultimum decollati sunt.

VIII idus novembris.

P. XII L. Depositio sancti Willibrordi episcopi et confessoris [3], cujus Reliquiae et Acta habentur. Rhemis Natalis Sancti Melani episcopi et confessoris, et sancti Leonardi confessoris [4].

(cf. *Spigolature farfensi*, I, 19), sed a coaevo auctore « Constructionis » unus laudatur « *spiritualia* (seu sacra) *studuisse aedificia construere...* ».

Et fortasse, ipsae veteres ianuae hinc inde in sacrae turris superioribus partibus, unde aditus patebat ad bina oratoria, alterum nuper in Abbatum Camera recognitum, alterum super aulam sacrarii, per diuturna saecula Sacris, sub Domini Salvatoris auspicio, dicatum, — quo mediante ipsa sacra turris, ecclesiae majori adhaeret — uni Sichardo nostro tribuendae sunt, qui praeter Salvatoris aedem, « *multas alias ecclesias per diversa loca istius monasterii et antiquas studuit reaedificare destructas et noviter plures construere* » (*MG. SS.* XI, 530).

Quae cultum Sanctorum Valentini et Hylarii attinent, post eorum ossa sacrata Pharpham translata, claustra coenobii vix videntur valuisse continere eorum relligionem, quin per Sabinensem agrum diffluerent; Sancti Valentini Ecclesias quam plures ex Registro novimus, aeque tamen dividendas inter Viterbiensem martyrem et binos alios « Valentinos », Romanum et Interamnensem, celebri cultu in Romana regione auctos (cf. *Reg. Farf.*, II, 183 sqq.); ecclesiam sancti Hylarii semel memorat Registrum (V, 279) undecimo saeculo; « *ecclesia Sancti Iacynti et Valentini* (*Reg.* V, 272) *in casale Cornicle* » insignis est, quia utriusque Martyris Corpora penes Pharphenses monachos condita erant.

Haec sunt quae candidum lectorem scire voluimus de cultu Sanctorum Valentini et Hylarii in coenobio pharphensi, quo plenius hodiernus textus Martyrologii. « *Sarinis, in coenobio sanctae Mariae, sanctorum Valentini et Hylarii* » illustraretur; uberius vero negotium omne declaraturi sumus, ubi, Deo favente, latentia adhuc Sichardiana monumenta, nova studia a tenebris et haud digna oblivione, post multa saecula eruerint, vindicaverint.

1. Instaurata in martyrologio Germani episcopi memoria, nullo tamen liturgico officio colebatur.

2. Oratorium sancti Benedicti « *infra claustra Monasterii* » jam anno 999 mense aprili memoratur in Registro (III, 146). Quia vero topographicis notis hodierna laterculi lectio destituitur, ideo, nonnihil haesitantes, recensitam hodie altaris dedicationem sacello pharphensi referimus.

3. Sancti Willibrordi Reliquias indiculus L. minime recenset.

4. Extremo loco recentiorique calamo additur, licet in liturgica « collecta » Breviario A, « *cotidiano officio* » excultus predicetur, eiusque Reliquias L. recenseat. Acta Eius continentur codice pharphensi D^A saeculi XI (Romae, Biblioth. Nazion., *Signat. Farfa* XXVII-278; cf. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, I, Praetermissa). Cultum sancti

Digitized by Google

VII idus novembris.

Q. Apud Alexandriam Beati Achillae episcopi, eruditione, fide et conversatione et moribus ornati. Eodem die natalis sancti Amaranti Martyris.

VI idus novembris.

R. Romae Passio Sanctorum Claudii, Nicostrati, Simproniani, Castorii et Simplicii artificum, imperatoribus Diocletiano et Maximiano. Item passsio Sanctorum Quatuor Coronatorum Severi, Severiani, Carpophori et Victorini. Eodem die Natalis Sancti Willebadi episcopi et confessoris.

V idus novembris.

S. Natalis Sancti Theodori martyris, qui tempore Maximiani imperatoris in mediis ignibus orando purum reddidit spiritum. Bituricas beati Ursicini episcopi et confessoris. Et Dedicatio Domini et Salvatoris.

IIII idus novembris.

T. Romae Sancti Martini Papae, qui tempore Constantini Ariani ob fidem catholicam de ecclesia raptus, Constantinopolim perductus et apud Chersonam relegatus, ibidem vitam finivit, ubi usque hodie multis miraculis fulget.

III idus novembris.

V. II C^s^. Turonis depositio Sancti Martini episcopi et confessoris [1], cujus doctrina et miraculis mundus emicat universus, precibus et meritus fulcitur Ecclesia, et in eius natali, tam Monachorum, quam et omnium Fidelium coetus in nocturnis diurnisque solemniis ovans Domino refert laudes et gratias. Eodem in Sithia metropoli frigiae salittariae passio sancti Mennae Martyris, qui tempore Diocletiani et Maximiani pro Christi fide tamdiu est virgis coesus, donec sanguine ipsius plateae locus repletur. Deinde in eculeo exungulatus et lampadibus adustus, per tribulos et sudes ferreos, ligatis manibus et pedibus tractus, plumbatis etiam collo et maxillis

---

Leonardi late in Latio et Tuscia diffusum innumerae testantur tabulae pictae, altaria, cryptae, quas inter, speciali mentione dignum putamus *specum Sancti Leonardi*, picturis ornatum, haud longe a monasterio pharphensi sancti Angeli, in Tancia monte. (Cf. F. Martinelli, *Carbognano illustrato*. Roma, 1695, p. 36).

1. Undeviginti saltem Ecclesiae sancto Episcopo dicatae, quas Gregorius Catinensis in « Florigero » recenset. satis testari videntur Pharphensium religionem in sanctum Praesulem Turonensem. Basilicam et Monasterium eius nomini dicatum in summo vertice Acutiani montis, quo se Monachi haeremiticam vitam eligentes recipiebant, erectum demonstravimus jam ante dimidium saeculi VIII, et fortasse ab ipso Sanctissimo Thoma. (Cf. *Della Basilica di san Martino e di alcuni ricordi farfensi* in *Nuovo Bullett. d'Archeol. Crist.* anno VIII. n. 1-2, pp. 47-54). « *Missa sancti Martini quae evenit XI die mensis novembris* » inter solemniores celebritates recensetur in Registro, anno 799 (II, 136, 232).

Digitized by Google

graviter contusus, novissime vero igne crematus est. Cujus sacrum corpus Constantinopolim translatum est.

II idus novembris.

A. Apud Africam Commemoratio Sanctorum Archadii, Paschasii et Eutichiani. Eodem die Sancti Paulini ; Coloniae Sancti Cumberti episcopi et confessoris.

Idus novembris.

B. Turonis Depositio Sancti Bricii episcopi et confessoris. Constantinopoli Sancti Johannis Chrysostomi. Ravenna Sanctorum Martyrum Valentini, Solutoris, Victoris.

XVIII kal. decembris.

C. Apud Alexandriam Beati Serapionis, quem persecutores sub Decio domi suae repertum crudelissimis affecerunt suppliciis, ita ut omnes ei iuncturas membrorum prius solventes, de superioribus eum praecipitarent, acsi Christo martyr efficeretur.

XVII kal. decembris.

D. Sancti Felicis Presbyteri, qui sub Marciano, cum aliis XXX Martyrium complevit. Hic miraculorum gloria insignis fuit. Octava sancti Martini. XII L [1].

XVI kal. decembris.

E. Lugduno Depositio sancti Eucherii senatoris, postea episcopi, admirandi virtutibus et doctrina viri. In Alemannia Depositio Sanctorum Confessorum Magni et Othmari, quorum Reliquiae et Acta mirifica habentur et leguntur [2].

XV kal. decembris

F. Aurelianis Depositio Sancti Aniani episcopi et confessoris. Turonis Sancti Gregorii episcopi et confessoris, miraculorum factoris.

XIIII kal. decembris.

G. In Antyochia passio Sancti Romani Monachi [3], qui tempore Diocletiani diversis maceratus suppliciis, etiam lingua abscissa, laqueo strangulatus est. In eadem Civitate Sancti Eusitii martyris, qui cum esset miles et ydolis sacrificare nollet, ligato in dextera eius ingenti saxo, in fluvium eum praecipitari iussit imperator.

XIII kal. decembris.

H. Augustoduni Natalis Sancti Simplicii Confessoris.

1. Octava sancti Martini, « *nigro atramento* » uti advertit sollers Tamburinius, additur extra ordinem, in margine ; in kalendario autem A recensetur idoneo loco.

2. Neque Indiculus Reliquias amplius recenset, nec quidquam in ipso laterculo de Lectionibus canendis praescribitur.

3. Rhabanus : « Martyris ».

Digitized by Google

XII kal. decembris.

I. Romae Natalis Sancti Pontiani Papae, qui Maximiano adversus Sacerdotes persecutionem commovente, Sardiniam deportatus est, ibique fustibus mactatus martyrium consummavit. Cujus corpus a Beato Fabiano Papa relatum atque in Cymiterio sepultum est.

XI kal. decembris.

K. In Istria civitate Passio Sancti Mauri martyris, cujus gesta habentur. Alibi Sancti Rufi, de quo Paulus Apostolus ad Romanos scribit: Salutate Rufum electum et matrem eius et meam; et natalis sancti Columbani Abbatis. III L [1].

X kal. decembris.

L. VII L. Romae Santae Caeciliae virginis Christi et Martyris, cujus passio et Reliquiae, officium nocturnum diurnumque penes nos habentur [2]. Eodem die natalis Sanctae Meredismae Virginis. Capua passio Sancti Longini militis.

VIIII kal. decembris.

M. Romae Sancti Clementis Papae sub persecutione Traiani martyrio coronati [3]. Hic ex praecepto beati Petri, primus post ipsum Romanae Ecclesiae suscepit Pontificatum. Linus vero et Cletus ideo ante eum scribuntur, qui ab ipso Principe Apostolorum ad Ministerium Sacerdotale episcopi sunt ordinati. Eodem die passio Sanctae Felicitatis matris septem Fratrum.

---

1. Nomen celeberrimi conditoris Ebobiensis Coenobii recentiori calamo in margine additur. Invocatur tamen saeculo XII in Litaniis, et nomen Eius rubra linea apud A in kalendario distinguitur, ob Reliquias fortasse sacri Corporis adhuc penes Nos servatas.

Ad cultum sancti Columbani in Tuscia praeter « *oraculum sancti Columbani* » Lucae, anno 729 memoratum (*P. L.* LXXXVII, 1372), non parum contulit Monasterium Sancti Columbani prope « Castrum » Urbem, in finibus Tuscaniensibus, quod recensetur anno 810 in Charta Amiatini Coenobii : « *Actum sancti Columbani* in finibus Thuscaniae ». (Cf. S. Campanari. *Tuscania e suoi monumenti II.* Montefiascone, 1856, p. 91, 116.)

2. Indiculus minime recenset Reliquias sanctae Caeciliae, quae vix dicendae sunt veri nominis Reliquae, cum Martyris beatissimae Corpus integer adhuc perseveret in sua Transtiberina domo, in Basilicam conversa. Saepius Romae Reliquiarum nomine « Brandea » seu vela veniunt, super Sanctorum sepulchra tantisper deposita, quasi ad illorum Patrocinia haurienda. Lectiones in apographo VII nonnisi per errorem, loco XII intimantur. Haud longe a Transtyberina domo celeberrimae Martyris, ecclesia *Sanctae Caeciliae montis Farfae*, ipso suo nomine ius monachorum Sabinensium indicat. (Cf. M. Armellini. *Op. cit.* 622).

3. Ritum festivitatis sancti Clementis indicare scriba oblitus videtur. Nullae unquam, quas sciamus, relationes intercessisse deprehenduntur inter monachos Pharphenses et celeberrimi coenobii Sancti Clementis Casauriensis ; quorum tamen abbas sanctus Guido, et ipse hodierna die Coelitum honoribus cumulatus, e gremio pharphensis coetus sub Hugone I abbate, circa annum 1022 ad Casauriense Regimen evectus est ab Henrico I imperatore. (Cf. *Chron. Casaur.* L. IV. I-II. in Muratori *RR. Italic. SS.* II. 2, col. 842).

Digitized by Google

VIII kal. decembris.

N. III L. Romae Natalis Sancti Crisogoni martyris, qui sub Diocletiano pro fide Christi decollatus est. Ipsa die passio Crescentiani Martyris.

VII kal. decembris.

O. Natalis Sancti Petri Alexandrini episcopi, qui cum esset omnibus virtutibus, in scripturis quoque divinis nulli priorum inferior, vere Sacerdos et Hostia Christi subito rapitur, atque ex praecepto Maximiani capite truncatur ; cum quo simul et alii plures ex egypto episcopi trucidantur, ut scriptum est in Historia ecclesiastica [1]. Eodem die etiam natalis Sanctae Catharinae virginis et martyris [2].

VI kal. decembris.

P. Apud Alexandriam Sanctorum Martyrum Fausti presbyteri et Indii et Ammonis, qui cum Beato Petro eiusdem urbis episcopo trucidati sunt. Eodem die Beati Alexandri episcopi et martyris, cujus depositio celebratur [3]... Kalendas octobris, cujus Martyrium beatus Pontifex Damasus postmodum cryptam condignam faciens, illuc eum quinto [4] kalendas decembris transposuit, quando et festivitatem ei dedicavit [5].

V kal. decembris.

Q. In Italia Civitate Bononia Natalis Sanctorum Martyrum Agricolae et Vitalis, quorum agones beatus Ambrosius episcopus scribit. In Gallia civitate Regensi Natalis Sancti Maximi episcopi [6], qui a primaeva aetate virtutum omnium praeditus, primum Lirinensis Cœnobii pater, deinde Regensis ecclesiae episcopus, signis et prodigiis inclitus fuit. Denique inter alia gesta magnifica, tres mortuos vivens, unum tactum [7] loculi, quod ad sepulchrum venerabatur, resuscitavit.

---

1. Rhabanus : « ecclesiastica, Libro IX ».

2. Catharina, sive rectius Ecatharina, recentiori manu extremo loco deputatur. Altaris eius nomini dicati in Basilica pharphensi saeculo XV meminit Liber « Rationale » : *Domna Rita de Appollonii de Toffia donavit Cappellae sanctae Catarinae existens (sic) in Monasterio Farfensi, ducatos decem de Carlinis.* (anno 1509.). — fol. 115v. (*Archiv. S. Pauli de Urbe*, cod. sign. Farfa).,Apud A festum sanctae Catharinae rubri lineola distinguitur, Eiusque Reliquias indiculus L recenset.

3. Ado : « XI kal. octobr. »

4. Emendes : V kal.

5. Obvolutam adhuc tenebris hujus Martyris historiam cf. apud G. Morin. *Notes d'Hagiographie Toscane.* L'évêque Alexandre martyr ad Baccanas ; *le double groupe : Pèlerin, Herculanus et Flavien.* in *Rev. Bénédict.* XXIV. Janv. 1907, pp. 110-118 ; H. Quentin. *op. cit.* 489, 660.

6. Inter rara Episcoporum nomina in Litaniis pharphensibus invocata, nostro Maximo locus tribuitur. Cf. Quentin, *op. cit.* 181.

7. Cf. H. Quentin, *Op. cit.* Cap. IV. — *Le Martyrologe Lyonnais* du Ms. Latin. 3879 de la Biblioth. Nation. pag. 182. *unum tactu quo ad sepulchrum vehebatur loculi, mortuum suscitavit..*

Digitized by Google

IIII kal. decembris. d. g.

R. Sancti Sostenes discipuli Apostolorum. Romae Natalis Sancti Gregorii Papae qui rexit annos decem. Hic instituit a Sacerdote in Canone dicendum : Necnon et illorum Sanctorum quorum solemnitas hodie in conspectu Maiestatis tuae celebratur, Domine Deus noster in toto Orbe Terrarum. Eodem die Sancti Rufi martyris, quem Dominus Jesus Christus cum omni domo sua per Crisogonum martyrem lucratus est.

III kal. decembris.

S. III L. Vigilia sancti Andreae Apostoli. Romae sancti Saturnini martyris et Sennis [1] et Sisinni Diaconorum sub Maximiano. A quo primo inter alios servos Dei damnati ad fodiendam arenam ad faciendas Thermas Diocletianas, deinde in carcere diu macerati, ubi multos gentiles docentes baptizabant ; et denuo educti, vincti catenis ac nudis pedibus ante Praefectum Urbis Laudicium, iussi sunt in eculeum levari, et adtrahi nervis et fustibus ac scorpionibus caedi, quibus etiam postmodum flammas ad latera iussit apponi et depositos de eculeo capite truncari [2]. Item Romae eodem die passio Sanctorum Chrisanti, Mauri et Dariae virginis, quorum Reliquiae et missales orationes habentur et passiones mire leguntur [3].

Pridie kal. decembris.

T. II^{OR}. C^{S} [4]. Natale Sancti Andreae Apostoli. Eodem die Trojani Sanctoniae civitatis episcopi, magnae virtutis et sanctitatis viri, qui sepultus terris, coelo se manifestat vivere virtutibus multis.

Mensis December VIIII Casleu, Graece I Apuleos R. F. VII.

Terminat Arcitenens medio sua signa December. R. L. VII. Mensis decemb. habet dies XXXI.

V. In Gallia Civitate Hoviomis [5] Natalis Sancti Eligii episcopi mirae sanctitatis viri et gloriosis fulgentis miraculis. Remis Depositio Sancti Martiniani episcopi et confessoris [6], cujus Reliquiae

---

1. Errata lectio novum martyrem « Sennem » pro « *senis* » titulo effinxit. Cf. H. Quentin, *Op. cit.*, p. 557.

2. Breviarium B. Saturninum Tolosanum hodierna die Chrysanthi et Dariae adiungit.

3. Liturgicorum codicum copia, praecipuae utique laudi vertit martyrologus noster pharphensibus, quibus tamen abundare ad portas Urbis haud difficile erat. Chrysanthes et Daria coniux ideo fortasse in Litaniis invocantur, quod Eorum Reliquiae Indiculo L recensitae, penes nostros monachos conditae venerabantur.

4. Cantorum numerus dubius, nisi, quemadmodum in aliis Apostolorum solemniis, binos interpretari mavis.

5. Ado : « Noviomensis ».

6. Altum de isto Martiniano silentium in Litaniis et Indiculo Reliquiarum.

Digitized by Google

habentur et vita gloriosis coruscat exemplis. Romae ordinatio Bonifacii episcopi [1], qui non solum in humanis, sed et in divinis scripturis eruditissimus fuit. Eodem die Sanctae Candidae Virginis.

IIII nonas decembris.

A. III L. Natalis Sanctae Bibianae Martyris [2] et Fausti et Diafrosae filiae eius, quae iubente Juliano imperatore sacrilego tandem plumbatis caesa et donec spiritum redderet.

III nonas decembris.

B. III L. Natalis Soli presbyteri et confessoris, cujus vita et mors miraculis extat gloriosa. Tingi, metropoli Mauritianae tingitanae, Natalis Sancti Cassiani martyris gloriosi [3].

Pridie nonas decembris.

C. Romae Natalis Sanctorum Martyrum Simphronii et Olimpii, temporibus Valeriani et Gallieni imperatorum. Hi enim quia d... incessis... noluerunt ferri libamina, acceperunt sententiam ut igni consumerentur. Ducti sunt itaque ante statuam solis iuxta amphitheatrum, fixisque stipitibus, ligatis manibus devicti sunt et in congeriem sarmentorum spinarumque ignem superpositi, statimque in ipso igne gratias Christo Domino decantantes emiserunt spiritum.

Passi sunt autem sub die VII kalendarum Augustarum, in eis kalendis sepulti. Translati vero a beato Sixto Pontifice pridie nonas decembris, a quo et ipsa dies celebris statuta est [4]. Eodem die passio Sanctae Barbarae virginis [5].

Nonas decembris.

D. Natalis Sancti Dalmatii Martyris. Treveris natalis Sancti Nicetii episcopi et confessoris, totius Sanctitatis viri. In Africa

---

1. Moguntini, et Germanorum Apostoli.

2. Memoria sanctae Bibianae — apud A mendose : « *Sanctae Babilae Virginis et Martyris* » etiam in B, hodie occurrit. Negotia et necessitudines inter monasterium Pharphense et romanum Sanctae Bibianae deprehendimus ex diplomate Lotharii anni 825, nonnulla bona sanctae Bibianae censuali onere a Papa Eugenio II in Pharphenses monachos translata confirmantis, « *sicut a multo tempore, a predecessoribus scilicet sanctae Romanae Ecclesiae fuisse perpetualiter concessa* » constabat.

3. Praecipuo cultu Cassianum istum pharphenses coluere, Cujus passio in Breviariis B et A, hodie recensetur. Ecclesiam Sancti Cassiani in urbe Reatina inter bona Archisterii nostri recenset Henricus V, ann. 1118 (*Reg. Farf.* V, 303).

4. Cf. H. Quentin, *Op. cit.*, p. 655, 57.

5. Primus Ado, uti videtur, Tusciam locum certaminis Martyri attribuit. (Cf. H. Quentin, *Op. cit.*, p, 493) ; quod coeteroquin confirmat cultus late diffusus in agro Reatino et Sabinensi (Cf. *Reg. Farf.*, V, 301, 303, 329). « Ecclesiam sanctae Barbarae ad Ponticellum » haud longe a Pharphare fluvio monumenta pharphensia jam inde ab anno 1036 recensent (*Reg.* III, 292). Apud A, festum hodiernae Martyris rubra lineola distinguitur.

Digitized by Google

Natalis Sanctae Crispinae martyris, quae iussu Anolini Proconsulis pro fide Christi decollata est. Et sancti Sabae Abbatis [1].

VIII idus decembris.

E. IIII^OR C^S. Sancti Nicolai episcopi et confessoris, cujus patrocinia sacra nos Domino commendant et acta plurimum aedificant [2]. Alibi Sanctorum Ermogenis et Rogati.

VII idus decembris d. g.

F. XII L. Passio Sancti Savini Episcopi et Martyris [3]. Eodem die passio Sancti Marculi episcopi et martyris, quorum passiones mire leguntur. Apud Alexandriam Beati Agathonis martyris sub Decio, et Sanctorum Eusebii et Successi episcopi, Policarpi et Theodori. XII L. Sancti Ambrosii episcopi et confessoris.

VI idus decembris.

G. Romae passio sancti Euticiani papae, qui rexit Ecclesiam annos X et sub Aureliano imperatore martyrio coronatus est. Hic per diversa loca CCCXLII martyres manu sua sepelivit. Hic constituit ut qui martyrem sepelirent [4]... Eodem die apud Alexandriam beati Macharii, qui, iubente Decio, vivus exectus est, donec spiritum exalaret.

Et conceptio beatae Mariae Virginis II C [5].

V idus decembris.

H. Natalis Sanctae [6] Eucadiae virginis, quae tempore Diocle-

---

1. Sabbae « Monachi » solemnitas hodierna die recensetur in Breviario Chisiano B^A, ante annum 1060. Eius nomen etiam in litaniis invocatur.

2. Quatuor cantorum ritus celebrem cultum innuit in Sanctum Episcopum, cujus Reliquiae in Indiculo L recensentur. Inter multas Pharphensium Ecclesias sancto Nicolao dicatas, praeter proximam curti sancti Gethulii « *sancti Nicolai ad Sacerdotes* » de qua in Registro documenta prostant jam ab anno 747 (*Reg.* II, 40-42 ; anno 1061, *Reg.* IV, 313-14 ; anno 1090, p. 212), recensere iuvat parvam praeposituram *Sancti Nicolai in Montibus*, eminenti rupi innixam, super proximum Pharphae castrum Theophilae, loco invio et aspero, ad quem vix credibile est monachos iter arripere potuisse. — Tanti Patres nostri monasticam solitudinem ducebant ! — Oratorium jamdiu corruit, eiusque redditus saeculo XVII inter beneficia ecclesiastica Castri Theophilae recensebantur. Cellarum quae vix supersunt ruinas invisimus anno 1906 cum confratre dilectissimo Domno Ioseph Piccinino, monacho Cassinensi, quo hortante et favente, hoc qualecumque opus accrevit. Quod candidum voluimus lectorem monere, ne a debitis gratiarum actionibus sodali optimo reddendis abstineremus. Apud Breviarium A, quotidie in Choro Pharphensi commemoratio sancti Nicolai in Vespertina synaxi fraequentatur.

3. Celebri cultu, Spoletanus iste Sabinus, late in regione nostra honoribus auctus (Cf. Quentin, *Op. cit.*, 31, 34), apud Nostrates fovebatur. Eius liturgica oratio in Breviario Chisiano B^A hac die adsignatur ; D. Passionem continet, quamvis apud A sancto Ambrosio postponatur.

4. Ineptae contractionis exemplum.

5. Extremo loco et recentiori manu Conceptionis Deiparae votivus dies textui inseritur. Bini Cantores innuunt jam a saeculo saltem XIII festum diem inter solemniores totius anni cooptatum esse a Pharphensibus Monachis.

6. Ado : « Leocadiae ».

Digitized by Google

tiani et Maximiani a Praefecto Hispaniarum apud Toletum dura carceris custodia macerata est, ubi cum gravissimos Beatae Eulaliae et reliquorum Martyrum qui a Datiano interficiebantur audisset cruciatus, genibus in oratione positis, impollutum spiritum reddidit.

IIII idus decembris.

I. Romae Sancti Melciadae Papae, qui gubernavit ecclesiam annos IIII. Hic constituit ut die dominico et quinta feria nullus fidelis jejunaret, quia ipsos dies Pagani pro sacro jejunio celebrant. In Barzalona civitate hispaniae, quae alio nomine emerita dicitur, passio Sanctae Eulaliae virginis, quae cum esset annorum XIII iussu Datiani Praesidis plurima tormenta perpessa, et novissime in eculeo suspensa et exungulata, faculis ardentibus ex utroque latere appositis, hausto igne spiritum reddidit, et cernentibus Christianis in specie columbae niveae coelum petere. Et in Sabinis, milliario XXX ab Urbe Roma, Thomae abbatis et confessoris. IIII^{OR} C^{S} [1].

III idus decembris.

K. Romae Damasi Papae qui rexit Ecclesiam annis XVIII, menses III, dies II. Hic multa corpora sanctorum Martyrum requisivit et invenit, quorum memoriam versibus declaravit. Hic constituit ut psalmi diu noctuque canerentur per omnes Ecclesias.

Pridie idus decembris.

L. Natalis Sancti Walerici, qui super Somnam fluvium haereniticam ducens vitam miraculis claruit. Sancti Fabiani episcopi.

---

1. Advertit Tamburinius laterculi folio, extremo loco abraso, eadem tamen manu insertum esse elogium sancti Thomae. Quid sub rasura latet? Quia, ipso Eminentissimo viro teste, adnotatio IV cantorum primaevae manus, absque rasura ulla, deprehenditur, hoc sane indicium praebet jam ante abrasionem festum sancti Thomae solemniter agitatum esse a Pharphensibus. Ex lectione martyrologii III non. nov. suspicari licet primogenium fortasse elogium, Depositionem domni Thomae abbatis absque ullo Sanctitatis titulo commemorantem, in hodiernum immutatum esse.

Cultus liturgicus Sancti Thomae invinctis evincitur argumentis. Praeter officium eius in Breviario D pharphensi, et in Chisiano B. inter « *solemnitates* » recensitum, nomenque in pluribus Litaniis — praecipue in Brev. Chisiano — invocatum, hodierna solemnitas celebratur in Breviario quoque Monasterii sancti Eutitii apud Nursiam (Cod. Vallicell., XI saec., sign. C. 13, pp. 55^{v}-58^{v}); nullum dubium quin et in Codicibus sacris Monasterii Reatini Sancti Salvatoris, pharphensi nostro charitate devictissimi.

Nostrates nonnisi « *virum sanctum* », « *venerabilem* », « *beatum Thomam* », « *sanctae Recordationis* », « *abbatem beatumque Sacerdotem* », « *beatissimae memoriae* », « *Sanctissimum Thomam abbatem* », Eum nominant; inter extraneos vero, sanctum Altpertum Abbatem Sancti Vincentii Vulturnensis commemorare sufficiat, qui et numerosa et soluta oratione, primus de Conditore et Abbate nostro « *Patre Almo* », « *sene fideli* », « *Patre venerabili* », « *viro tantae Compunctionis ut poene de Deo sine lacrimis nil posset loqui* » (Cf. *Spigolature Farfensi*, II, cit.; Ambrosii Autperti, *Vita Paldonis, Tasonis et Tatonis. P. L.* LXXXIX, col. 1323, sqq.) iisdem illis monachis cecinit, qui cum Eodem Patre, sancto Thoma, conversati fuerant.

Digitized by Google

Idus decembris.

M. XII L. Saracusarum passio sanctae Luceiae [1] virginis et martyris. Cameraco depositio sancti Autberti episcopi et confessoris, et sancti Eustrati cum sociis eius [2].

XVIIII kal. januarii.

N. Remis passio Sancti Nicasii episcopi et martyris, qui a Wandalis pro fide Christi decollatus est. Apud Cyprum natalis Sancti Spiradonis episcopi, qui fuit unus ex confessoribus, quos Maximianus dextris oculis erutis et sinistro poplite praeciso, per metalla damnaverat.

XVIII kal. januarii.

O. Aurelianis Depositio Sancti Maximi presbyteri et confessoris mirabilis Sanctitatis viri. Apud Africam Valeriani episcopi et confessoris, et depositio Adelberti presbyteri et confessoris.

XVII kal. januarii.

P. Sanctorum Trium Puerorum Anania, Azaria, et Misahelis et commemoratio Sanctae Virginis Barbarae [3].

XVI kal. januarii.

Q. Translatio Sancti Ignatii episcopi et martyris, qui tertius Antiochiae post Petrum Apostolum Episcopus, XI Traiani anno ad bestias damnatus Romam missus est, ibique kalendis februarii passus, sed Antiochiae sepultus est XV [4] kalendas januarias.

XV kal. januarii.

R. Beatorum Martyrum Rufi et Zosimi, qui de primis illis discipulis fuerunt, per quos primitiva Ecclesia in Iudaeis et Graecis fundata est.

---

1. Apud B et D « *sanctae Luceiae* » festus dies hodiernus jam celebratur. In B additur commemoratio sanctae Eulaliae. Honori celeberrimae Martyris Syracusanae, haud longe a Monasterio Pharphensi « *ecclesia sanctae Luciae* » in Tribuco Castro memoratur anno 1026 (*Reg.* III, 289). Munitissima abbatum arx, Tribucum, saepius ipsis vi et dolo a Gente Crescentia subtracta, anno 1111, Paschalem II pontificem, Henrici V et Abbatis nostri Beraldi obsidem hospitio excepit, quando, aeterna oblivione delendum, aulicorum fallaciis minisque territus infelix Pontifex, « *Pravilegio potius quam Privilegio* » Ecclesiae iuribus infenso, incaute subscripsit. (Cf. Watterich, *Pontif. Roman. Vitae* II, 63 ; *Lib. Pontif.* Edit. Duchesne, II, 371; *MG. SS. Leges*, II, 182; A. Amelli. *San Bruno di Segni, Gregorio VII ed Enrico IV in Roma* (1081-83).Tipogr. Cassin., 1903). Castri Tribuci jam diruti, territorium proximis Buccinianensibus incolis suo diplomate attribuit Hadrianus IV, mense majo, 1157. (Cf. P. Kehr, *Papsturkunden in Rom.*, Gottingen, 1903, I, pp. 174-76.)

2. Apud A, translata sanctae Eulaliae solemnitate ad diem XII a. kal. januarias, Martyrum commemoratio adiungitur solemnitati sanctae Luciae.

3. Iterata sanctae Barbarae celebritas, de qua cf. H. Quentin, (*op. cit.*, 450, 493.)

4. Corrigas « *XVI kal.* » Hodiernam diem falso ab Adone Translationi sacri Corporis assignatam pluribus contendit H. Quentin. (*Op. cit.*, 547-52).

Digitized by Google

XIIII kal. januarii [1].

S. Aurelianis Sancti Abiti abbatis, qui spiritu prophetiae illustris fuit, et honorifice in eadem urbe tumulatus est. Antisiodoro Depositio Sancti Gregorii episcopi.

XIII kal. januarii.

T. Alexandriae beatissimorum Martyrum Ammonis, Zenonis, Philomei [2], Ingenui et Theophili.

XII kal. januarii.

A. Natalis S. Thomae Apostoli, qui Parthis et Medis Evangelium praedicans passus est in India. Corpus vero eius in Civitate quam Syna edisse vocant V nonas iulias translatum, ibique digno honore conditum est. In Thuscia Sanctorum Johannis et Festi.

XI kal. januarii.

B. Romae Natalis Sanctorum XXX Martyrum, qui omnes una die coronati sunt. Eodem die Passio Sanctae Theodoxiae virginis et Martyris. Alibi Sancti Didimi viri eruditissimi.

X kal. januarii.

C. Trebulana Civitate Passio SANCTAE VICTORIAE sub Decio imperatore [3], quae cum esset desponsata viro pagano Eugenio, et nec nubere nec sacrificare vellet, post multa miracula, interque cum plurimas virgines Domino aggregaret, percussa est gladio in corde a carnifice Taliarco comite templorum, rogatu sui sponsi. Deposita est enim X kalendas earundem. Apud Spoletum passio sancti Gregorii presbyteri et martyris [4], temporibus Diocletiani imperatoris sub iudice Flacco.

---

1. Marginalem notam ipsius Eminentissimi Tamburini referemus : « *Quae sequuntur usque ad finem, diversa manu, et, ut puto, recentiori* — sub rasura : *sed eiusdem fere temporis conscripta sunt, — forte ex antiquioribus foliis descripta sunt. Videtur caracter XII saeculi et forte XIII* ». Quae omnia addita esse in Coenobio Matenanensi jam contendimus in Prolegomenis. Recentior scriba, dum rubro calamo solemnitatem Sanctae Victoriae distinguit, nihil de Lectionum numero unquam refert.

2. Ado : « Ptolomaei ».

3. Si octavam sancti Martini *nigro atramento* distinctam deprehendit Tamburinius noster, non est quod hodie miretur solemnitatem sanctae Victoriae, Matenanensibus monachis praecipuam, rubro majorique caractere distingui. Passio sanctae Victoriae Lectionario B continetur, Eiusque nomen invocatur in Litaniis Breviarii Chisiani et Apographi Gallettiani. Apud A solemnitati hodiernae, rubra lineola distinctae, additur memoria Sancti Gregorii Spoletani. Orationem sanctae Victoriae quotidie in Choro pharphensi ad Vespertinas laudes usurpatam demonstrat hoc idem Breviarium A. Indiculus L Brachium celebris Martyris recenset apud Pharphenses, qui hodierna die ecclesiasticum honori sanctae Victoriae officium adhuc persolvunt, unicum quod superest documentum tot sacrarum traditionum, per diuturna saecula tam pie tam impense a Patribus nostris servatarum (Cf. H. Quentin, *Op. cit.*, 31-34).

4. Sancti Gregorii Spoletani memoriam, celebrem apud Nostrates (Cf. H. Quentin, *Op. cit.*, 31-34), a Pharphensibus annuo cultu prosequi omnino decebat, tum praecipue

Digitized by Google

VIIII kal. januarii.

D. Vigilia Natalis Domini. Syriae [1] eodem die passio Sanctarum Virginum XL, quae persecutione Datiani per diversa tormenta martyrium consumaverunt.

VIII kal. januarii.

E. Jesus Christus Filius Dei in Bethleem judae de Maria semper Virgine secundum carnem natus est anno Caesaris Augusti XL et II, Olympiade C^ma^ XC^ma^ III, Ab Urbe enim condita anno Septingentesimo quinquagesimo II, compressis cunctarum per orbem terrae gentium motibus et firmissima veraque pace, ordinatione Dei a Caesare Augusto composita, quando Cyrinus ex Senatus consulto Iudaeam missus, census hominum possessionumque describebat, Sextamque mundi aetatem suo piissimo consecravit adventu. Eodem die passio Sanctae Anastasiae Virginis et Martyris quae tempore Gallieni imperatoris gladio iugulata est.

VII kal. januarii.

F. Natalis Sancti Stephani protomartyris, qui non multo post Ascensionem Christi ab Apostolis, cum esset plenus fide et Spiritu Sancto, Diaconus ordinatus est; hic faciens signa et prodigia magna in populo, plenus gratia et virtute, pro nomine Domini nostri Jesu Christi lapidatus est a Judaeis, eodem scilicet anno, quo pro crimine Mundi completa est passio Christi; Cujus gloriosissimum corpus monitis ac suasu reverentissimi Legisdoctoris Gamalihelis, collegerunt viri timorati et deportaverunt illud ad proprietatem jam dicti principis Caphargamala, qua XX^ti^ II° ab Urbe hierosolima lapide distat, et more solito solepmne cum funere sepelientes, fecerunt planctum magnum super eum, ibique ad septimum usque ad Honorii principis anno quievit. Hujus itaque temporibus revelatum est a Domino venerabili presbytero Luciano per Gamalihelem Legis doctorem quo in loco quiesceret et qualiter digno honore elevationem tanti Patroni celebraret, eamque dignius in transferendo nobilitaret. Surgens autem reverendus presbyter perrexit in Civitatem ad Antistitem Johannem, et cuncta ei quae viderat patefecit. Reque veraciter ut erat per omnia comperta, beatus episcopus sub omni celeritate ad Fratres et Coepiscopos vicinarum Urbium misit, scilicet ad Estonium, Sebastianum et

---

quod sub Langobardorum regimine saepissime publica populorum negotia, ipsique principes Spoletum Abbates Pharphenses adcersebant. Peculiaria Martyrologii Monialium Sanctae Agathae in Spoletana Urbe collegit et recensuit Constantinus Gaietani. (Ms. Codex sign. 102 (+, i, 14). Biblioth. Alexandrinae, Romae).

1. Ado : « Apud Antiochiam Syriae ».

Digitized by Google

Eleutherium gericon dignum pontifices, ut cum clericorum suorum sanctissimo comitatu maturarent. Qui cum occurissent et locum fodere caepissent, terraemotu statim facto, immensi odoris suavitas tanta exinde respersa est, quantam nulla aetas hominum meminit sensisse, ita ut putarent se praesentes in amoenitate paradysi scitos. Qui osculantes Beati Stephani pignora, locumque gaudentes, cum gaudio ad propria sunt reversi. Post paucos autem dies Corpus Protomartyris Stephani in Syon ad sanctam Ecclesiam, ubi fuerat Archidiaconus ordinatus, VII kalendas januarii cum psalmis et hymnis honorifice detulerunt. Sancti Zosimi Papae qui sedit anno uno. Hic constituit ut Diaconi levatis [1] legerent palliis et praecepit ut nullus clericus in publico propinaret, nisi tantum in cellis Fidelium et Clericorum.

VI kal. januarii.

G. Natalis Sancti Johannis Apostoli et Evangelistae dilecti Domini, qui obiit sexagesimo VIIII anno post passionem Domini, aetatis suae VII et XC anno Ephesi. Et ordinatio Sancti Jacobi fratris Domini [2].

V kal. januarii.

H. In Bethleem Natalis Sanctorum Innocentium, quos herodes M [3] cum Christi Nativitatem magorum indicio cognovisset XXXV anno regni sui interficere iussit. Qui etiam anno XXXVI morbo intercutis aquae et scatentibus toto corpore vermibus miserabiliter et condigne moritur.

IIII kal. januarii.

I. David Regis. Apud Arelatem Natalis Sancti Trophimi episcopi et confessoris. Hic ab Apostolis Romae ordinatus episcopus, primum Arelate urbe Galliae ob Christi Evangelium predicandum directus est. Ex cujus fonte, ut Beatus Papa Zosimus scribit, tota Gallia fidei rivos accepit; qui apud eamdem Urbem in pace quievit. Item passio Sanctissimi Thomae Cantuariensis Archiepiscopi et martyris [4].

III kal. januarii.

K. Turonis Commemoratio Sancti Perpetui episcopi et confes-

1. Ado : « Laevam tegerent palliis ».

2. Cf. H. Quentin, *Op. cit.*, 584 sqq.

3. M, prout testatur Tamburinius, inemendatum in Laterculo prostat : an « Magnus » interpretandus, ut a successore homonymo discernatur ?

4. Statim post Praesulis Beatissimi mortem eius cultus etiam in Italia late invaluit. Indiculus L Illius Reliquias recenset « del pluviale, cocolla, Cappa e panno bagnato del sangue di san Tommaso Vescovo Cantuariense ».

Digitized by Google

soris, cujus dies Depositionis annuus VI idus aprilis colitur. Omā Insula [1] Depositio sancti Florenti [2].

II kal. januarii.

L. Romae Depositio sancti Silvestri Papae. Hic constituit ut baptizatum et a fonte levatum presbyter chrisma liniat, propter occasionem transitus mortis. Et nullus laicus crimen de Clero audeat inferre, necnon Diaconibus dalmatica in ecclesia uti instituit. Sennis passio Columbae virginis, quae superato igne gladio caesa est [3]. Item in Sennis Beatorum Fabiani et Potentiani, qui a beatis Apostolis ad praedicandum directi, praefatam Urbem martyrii sui confessione illustrem fecerunt.

Expliciunt IIII Tempora anni, XII menses, ebdomadae LII et unus dies; dies vero CCCLXV et VI, horae VIII millia DCCLX, Momenta CCCL millia et DCLX.

---

1. « Oya insula » bene multi.

2. Quod Dedicatio hodierna oratorii Salvatoris silentio prematur in omnibus monumentis liturgicis Pharphensis Archisterii post saeculum IX, quae supra de illius dirutione per Agarenos diximus, confirmare videntur. Bina alia oratoria in honorem Salvatoris Monachi nostri in ipsa Romana urbe possidebant; alterum celeberrimum in Scorticlaria, « ad Thermas », Silvestro I a veteri traditione tributum, (Cf. M. Armellini, *Le Chiese di Roma. Dal secolo IV al XIX*, II Ediz., Roma, Tipogr. Vaticana, 1891, p. 438; alterum apud Tyberim, Sancti Salvatoris « in domno Campo », a Campone abbate (936-947) vel aedificatum vel instauratum. (Cf. Armellini, *Op. cit.*, 407).

3. Passim in antiquis kalendariis Columba ista Martyr Senonensis recensetur. Ecclesia Eius nomini dicata via Salaria, haud longe a Ponte, sub iure pharphensi praetio redacta est, anno 1012. (Cf. P. Luigi Galletti, *Gabio*, p. 127-29, not. 1; G. Tomassetti, *Della Campagna Romana nel medio evo. Via Nomentana e Salaria*, in Archiv. Soc. Roman. Stor. Patr. XI (1888) 269; Biblioth. Cassinensis, IV, 130 sqq.; G. Morin, *Pour la topographie ancienne du Mont-Cassin*, p. 58, not. 1.)

Digitized by Google

LA DIFFUSION DES OEUVRES DE GANDULPHE DE BOLOGNE AU MOYEN AGE.

DEPUIS l'étude de Denifle sur les « Sententiaires » abélardiens[1], parue en 1885, l'attention des historiens de la théologie et du dogme s'est portée vers l'école des théologiens-canonistes de Bologne, avec un intérêt toujours grandissant. Un des représentants de ce groupe, Gandulphe, contemporain, ou peu s'en faut, de Pierre Lombard, a particulièrement provoqué la curiosité des chercheurs. C'est que les courtes échappées de vue ouvertes par Denifle laissaient deviner un nouveau coin d'horizon, jusque-là inconnu, malgré les travaux de von Schulte, dans la question chronologique. Par suite, l'originalité — *venia sit verbo* — de la compilation lombardienne dépendait de la date exacte qu'il fallait attribuer à l'œuvre similaire de Gandulphe. Il y avait plus encore ; les idées codifiées par le Lombard et introduites par lui dans le courant de la circulation scolaire jusqu'au jour où elles inspireraient quelques-unes de nos formules conciliaires, devaient-elles vraiment au *Magister Sententiarum* leur mise en œuvre systématique et leur expression définitive ? ou bien fallait-il restituer cette gloire au canoniste de Bologne, dépossédé pendant des siècles de sa place légitime dans l'histoire de la théologie, grâce à un plagiat trop longtemps insoupçonné ?

La question, croyons-nous, doit être résolue définitivement en faveur de Pierre Lombard[2]. L'œuvre de Gandulphe n'a pas été la première en date ; le *Magister Sententiarum* reste incontestablement l'auteur de ses *Quatuor Libri Sententiarum ;* ceux-ci ont été transcrits ou abrégés, avec quelques changements, par Gandulphe de Bologne.

Mais il y a encore intérêt à interroger sur la personne et l'œuvre

1. *Die Sentenzen Abälards und die Bearbeitungen seiner Theologia vor der Mitte des XII Jahrhunderts*, dans l'*Archiv für Literatur-und Kirchengeschichte des Mittelalters*, I (1885), p. 485.

2. L'auteur de ces pages se permet de renvoyer le lecteur à l'étude qu'il a fait paraître dans la *Revue Néo-scolastique*, XVI (1909), p. 582. L'examen des citations de Jean Damascène chez Gandulphe et chez le Lombard aboutit au même résultat.

Digitized by Google

de Gandulphe les rares témoins du moyen âge ; le grand renom dont il jouit au XIIe siècle, le retentissement qui se produit d'abord autour de son œuvre canonique et plus tard, avec moins d'intensité toutefois, autour de son recueil théologique, la connaissance directe ou indirecte de ses écrits et de ses idées, qui se conserve pendant des siècles, sont autant de sujets intéressants, sur lesquels l'histoire des écoles théologiques médiévales n'a pas dit son dernier mot. Les pages suivantes ont pour but d'apporter les éclaircissements que peuvent fournir un certain nombre de manuscrits.

***

A voir le nom de Gandulphe de Bologne se répéter sans cesse sous la plume des anciens canonistes, ou les citations de ses œuvres se multiplier jusqu'au XVIe siècle en marge du texte de Pierre Lombard, l'on serait porté à conclure à une diffusion de ses écrits aussi rapide que prolongée et étendue. Des principaux glossateurs du *Décret* de Gratien, il n'en est guère, à partir de 1160 environ, qui n'en appelle à son autorité. Les citations qu'ils fournissent atteignent parfois un chiffre fort élevé, comme dans la *Summa Lipsiensis*, qui le met en scène une centaine de fois [1]; Huguccio, qui le fait intervenir moins souvent, dépasse encore une trentaine de citations [2]; de son côté, la *Glossa ordinaria*, pour citer un recueil classique, présente un peu plus de vingt gloses attribuées au maître bolonais [3]. Encore qu'il faille peut-être réduire ce chiffre [4], — car à Gandulphe peut s'appliquer l'adage qui veut qu'on ne prête qu'aux riches, — il reste toujours un total assez imposant pour justifier la parole élogieuse d'un contemporain, Simon de Bisiniano :

1. VON SCHULTE. *Die Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts*, I (Stuttgart, 1875), p. 132, n. 8. L'œuvre contenue dans le manuscrit 986 de la Bibliothèque de l'Université de Leipzig a été décrite par von Schulte dans les *Sitzungsberichte der K. Akademie der Wissenschaften, Philos. - histor. Klasse*, LXVIII (Vienne, 1871), p. 27-54.

2. Nous nous sommes servi du manuscrit 612 de la Bibliothèque du Cambrai (début du XIIIe siècle), dont certaines parties malheureusement sont fort fautives. Nous tenons à remercier ici M. le Dr Gillmann, de Würzbourg, qui nous a obligeamment aidé à compléter notre liste des citations de Gandulphe chez Huguccio.

